...es. 2°
...at.
...-8

2º Anat.
48

Monroi

Medic. 1156. a -

R

Bayerische
Staatsbibliothek
München

ALEXANDRI MONROI

MEDICINAE DOCTORIS

ICONES ET DESCRIPTIONES BURSARUM MUCOSARUM CORPORIS HUMANI

CORRECTIORES AUCTIORESQUE EDIDIT

IOANNES CHRISTIANUS ROSENMÜLLER

PHILOSOPHIAE, MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTOR, PROSECTOR IN THEATRO ANATOMICO LIPSIENSI, SOCIETATIS MINERALOGICAE IENENSIS ET NATUR. CURIOSOR. WESTPHAL. SODALIS.

CUM TAB. XV. AENEIS.

LIPSIAE

APUD BREITKOPF ET HAERTEL

1799.

ALEXANDER MONRO'S

DOCTORS DER ARZNEIGELAHRHEIT

ABBILDUNGEN UND BESCHREIBUNGEN

DER SCHLEIMSÄCKE

DES MENSCHLICHEN KÖRPERS

UMGEARBEITET UND VERMEHRT HERAUSGEGEBEN

VON

JOHANN CHRISTIAN ROSENMÜLLER

DER WELTWEISHEIT, ARZNEI- UND WUNDARZNEIKUNST DOCTOR, PROSECTOR AM ZERGLIEDERUNGSSAALE IN LEIPZIG, MITGLIED DER MINERALOGISCHEN SOCIETÄT IN JENA UND DER NATURFORSCHENDEN GESELLSCHAFT IN WESTPHALEN.

MIT XV KUPFERTAFELN.

LEIPZIG

BEI BREITKOPF UND HÄRTEL

1799.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Bayerische
Staatsbibliothek
München

PRAEFATIO EDITORIS.

Ad cognitionem bursarum mucosarum accuratiorem cum omnino scriptores Germanici, tum, vt ex scriptis IANCKII, HAASII, KOCHII, FISCHERI, GERLACHII apparet, praecipue huius literarum Academiae Anatomici haud dubie plurimum contulerunt ita, vt nunc quidem, praeter icones, summam bursarum mucosarum sigillatim exhibentes, nihil fere desiderari posse videatur. Cuius rei defectum vt supplerem, quod MONROUS de bursis mucosis opus anglice conscripsit, multisque figuris ornauit, id germanice edere apud animum constitueram. At enim vero cum neque nostrorum Anatomicorum Scriptis recte satis vsus esset MONROUS, neque omnino cognitas habuisset bursas mucosas capitis ac trunci; post MONROI autem librum plura super eadem re doctissima scripta prodiissent, et ipse ego nonnulla circa bursas mucosas obseruassem: ad MONROI opus penitus refingendum et caussas mihi satis graues et adiumenta esse idonea existimaui. In qua re perficienda quam rationem sequutus sim, breuiter exponam.

VORREDE

des

deutschen Herausgebers.

Zur genaueren Kenntnifs der Schleimsäcke haben ohne Zweifel die Deutschen, und, wie die Schriften eines Jancke, Haase, Koch, Fischer, Gerlach beweisen, vorzüglich die Zergliederer auf der hiesigen Akademie, das Vorzüglichste und Meiste beigetragen. Nur an vollständigen Abbildungen aller Schleimsäcke hatte es bisher gefehlt. Um diese Lücke auszufüllen, war ich entschlossen, Monro's in der englischen Sprache geschriebenes nnd mit vielen Abbildungen versehenes Werk über die Schleimsäcke, Deutsch herauszugeben.

Da aber Monro die Schriften unserer deutschen Zergliederer nicht gehörig benuzt, die Schleimsäcke am Kopfe und Rumpfe gar nicht gekannt hat; da seit der Erscheinung seines Buches mehrere wichtige Schriften über denselben Gegenstand herausgekommen sind, und da ich selbst einige Beobachtungen über die Schleimsäcke angestellt habe; so glaubte ich Gründe und Hülfsmittel genug zu einer gänzlichen Umarbeitung des Monroischen Werkes zu besitzen. Von der Art, wie diese Umarbeitung vorgenommen worden ist, werde ich hier kürzlich Rechenschaft geben.

Primum MONROI figurae, praeter molestam magnitudinem, ita vitiose sunt et parum eleganter delineatae, vt plerasque omnes plane de nouo secundum naturam delineatas exhibere, praecipue habita ratione ossium, ligamentorum ac tendinum, prorsus necessarium duxerim. Deinde priores quatuor MONROI tabulas, in quibus magnitudine naturali partes brachiorum et pedum cum bursis suis mucosis a latere tum antico, tum postico, depictae sunt, in plures digessi tabulas sic, vt singuli articuli cum bursis mucosis, quibus stipantur, singulis figuris explicentur, ideoque quae in quatuor tabulas prius coacta erant, nunc octo tabulas expleant. Porro, vbicunque fieri poterat, bursas mucosas recens detectas notaui, et bursas capitis ac trunci in duabus a me secundum naturam delineatis tabulis adieci. Omnes autem figurae ea serie collocatae sunt, vt et in anteriore corporis latere, et in posteriore, bursas mucosas cunctas a capite ad calcem deinceps ordine persequi liceat. Et cum saepe MONROUS in suis figuris complures grauissimas res nullis plane numeris notauerit, hoc vitio sedulo curaui vt hae novae icones carerent, in quibus explicandis omnino sequutus sum CAMPERI rationem, qui primum ossa, deinde musculos aliasque partes molles, singulas quasque, explicat. Hac enim ratione lector cum vniversam rem, tum singulas eius partes vno quasi intuitu complecti ad-

Die Abbildungen des Monro sind bei ihrer unbequemen Gröſse so vielfältig verzeichnet, und so geschmacklos dargestellt, daſs ich es für unumgänglich nothwendig gehalten habe, sie gröſstentheils von neuem und zwar besonders in Rücksicht auf die Knochen, Gelenkbänder und Muskelsehnen nach der Natur zu zeichnen. Die vier ersten Tafeln des Originals, auf welchen in natürlicher Gröſse die obern und untern Extremitäten mit ihren Schleimsäcken von der vordern und hintern Seite vorgestellt sind, habe ich in mehrere Tafeln gebracht, so daſs jedes Gelenk mit den um dasselbe befindlichen Schleimsäcken in einer besondern Figur erscheint, und die auf den erwähnten vier Tafeln befindlichen Gegenstände nun acht Tafeln einnehmen. Durchgängig habe ich, wo es thunlich war, die neuentdeckten Schleimsäcke angemerkt, und die Schleimsäcke des Kopfes und Rumpfes auf zwei von mir nach der Natur gezeichneten Tafeln beigefügt. Alle Abbildnngen sind so geordnet, daſs man nach der Reihe von der vordern und hintern Seite des Körpers alle Schleimsäcke vom Kopfe an bis zum Fuſse übersehen kann.

Monro hat bei seinen Abbildungen mehrere interessante Gegenstände oft gar nicht beziffert. Diesem Mangel habe ich bei den neuen Abbildungen abzuhelfen gesucht, überhaupt aber bei den Erklärungen Campers Methode befolgt, welcher zuerst die Knochen, dann die Muskeln und andere weiche Theile, jedes besonders erklärt. Auf diese Art wird der Leser in der Kunst geübt, das Ganze und seine Theile mit einem Blick zu fassen, dahingegen bei den

suescit; quum in iis figuris, quarum numeri a primo vsque ad extremum, versuum instar, transuersis ordinibus legendi sunt, minus exercitati lectores, praesertim ii, quorum obtusior oculus est, in singulis quibusque locis haereant, neque vniuersae figurae notionem recte percipiant. Denique haec ratio eo etiam praestat, quod facile tabularum expositione colligi potest, quot et qualia ossa, tendines, ligamenta et bursae mucosae in quauis tabula exhibitae sint.

In exordio MONROUS, vix duabus paginis indicem breuem eorum, quae antea de bursis mucosis disputata erant, maxime mancum dedit. Atque in hoc quidem, vti omnino in toto MONROI libro allatorum librorum tituli perquam negligenter commemorati sunt. Quare in prima sectione indicem feci chronologicum tum eorum, quae de bursis mucosis scripta sunt, tum in vniuersum librorum, aut in MONROI opere allatorum, aut ad alias denique res proprie in eo opere tractatas pertinentium. Libros de adipe et morbis articulorum praecipuos tantummodo, qui mihi quidem innotuere, significaui, quippe pleniore eorum recensione propterea supersedens, quod neque ad finem primarium illius operis ii libri pertinent, et bene multi super hac re scripti sunt.

MONROI de magnitudine, nexu, situ et structura bursarum mucosarum loci tam manci sunt, vt eos, adiunctis FOURCROII et KOCHII

Abbildungen, wo man genöthigt ist, die ohne Unterschied bezifferten Gegenstände, gleichsam wie Zeilen, von oben nach unten zu lesen, mancher Ungeübtere, besonders der Kurzsichtige, nur jedesmal bei dem einzelnen klein bezifferten Raume stehen bleibt, ohne von dem ganzen Bilde eine richtige Vorstellung zu erhalten. Diese Methode hat noch den Vorzug, dafs man aus den Erklärungen leicht übersehen kann, wie viel und welche Knochen, Muskelsehnen, Bänder und Schleimsäcke auf einer Tafel vorgestellt sind.

In der Einleitung giebt Monro auf anderthalb Seiten eine kurze Geschichte der früheren Untersuchungen über die Schleimsäcke, welche sehr unvollständig ist. Hier, so wie durch das ganze Buch, sind die Titel der angeführten Schriften, sehr flüchtig und nachlässig angegeben; defshalb habe ich in dem ersten Abschnitte ein chronologisches Verzeichnifs sowohl der Schriften gegeben, welche über die Schleimbälge erschienen sind, als auch derjenigen, welche entweder in dem Buche angeführt werden, oder sonst auf eine darin abgehandelte wesentliche Materie Bezug haben. Bei der Litteratur über das Fett und die Krankheiten der Gelenke habe ich nur die vorzüglichsten mir bekannten Schriften angezeigt, weil ich eine vollständigere Aufzeichnung davon hier für unnöthig hielt, da jene Gegenstände nicht den Hauptzweck des Ganzen ausmachen und die Menge der darüber herausgekommenen Schriften ziemlich grofs ist.

Monro's Abschnitte von der Gröfse, Verbindung, Lage und Structur der Schleimsäcke sind so unvollständig, dafs ich sie mit den Bemerkungen des Fourcroy und Koch

animaduersionibus, in sectione secunda, tertia, et quarta redderem. Quem autem omnino in hoc sermone ordinem sequutus sum, is mihi videtur ad illustrandam rem magis idoneus esse. Denique num forsitan errauerim, qui humoris in bursis mucosis secretionem simpliciorem posuerim, quam ii, qui ante me scripserunt: id quidem aliorum iudicio relinquam.

Hoc loco monendum est, me bursas mucosas vesicarum formam habentes vocasse bursas vesiculares, vaginarum autem forma praeditas vaginalium nomine appellasse; vtraeque si vno genere comprehendendae essent, bursarum mucosarum vocabulo vsum esse.

Singulae bursae mucosae apud Monroum plane non descriptae sunt, sed situs tantummodo earum in figurarum explicatione notatus est. Sed in figurarum illarum explicationumque obscuritate et ambiguitate incerti saepe relinquimur, vtrum nonnullae bursae mucosae ad vesiculares, an ad vaginales pertineant. Tum haec, tum quae propria bursis nonnullis mucosis sunt, me compulerunt ad inserendum indicem descriptionum, quas Ianckius, Kochius, Fisherus, Soemmeringius, Gerlachius, Plenckius aliique de singulis bursis mucosis exhibuerunt. Quarum quidem descriptionum aliae a me immutatae, aliae prorsus nouae factae sunt. Ita v. c. descriptiones bursae ad sternohyoideum, et bursae posterioris musculi biuentris maxillae

verband, und diese Materien im zweiten, dritten und vierten Abschnitte vortrug. Die Ordnung, welche ich in diesem Vortrage beobachtet habe, scheint mir für die deutlichere Darstellung der Sache zweckmäſsiger zu sein. Ob ich nicht irrte, wenn ich mir die Absonderung der Flüssigkeit in den Schleimsäcken einfacher vorstellte, als es meine Vorgänger gethan haben; das muſs ich der Beurtheilung anderer überlassen.

Hier muſs ich bemerken, daſs ich die blasenartigen Schleimbälge, die scheidenartigen aber, Schleimscheiden nenne, und daſs ich mich im Allgemeinen, wenn von beiden Arten die Rede ist, der Benennung, Schleimsäcke bediene.

Die einzelnen Schleimsäcke sind bei Monro gar nicht besonders beschrieben, nur ihre Lage ist durch die Erklärung der Abbildungen angegeben. Allein in der Dunkelheit oder Unbestimmtheit der Abbildungen und ihrer Erläuterungen, bleibt man oft in Ungewiſsheit, ob manche Schleimsäcke zu den Schleimbälgen oder zu den Schleimscheiden gehören. Dieses und die Eigenheiten ten mancher Schleimsäcke, bewogen mich ein Verzeichniſs von Janckens, Kochs, Fischers, Sömmerrings, Gerlachs, Plencks und Anderer Beschreibungen der einzelnen Schleimsäcke einzuschalten. Einige dieser Beschreibungen sind von mir verändert, andere ganz neu verfaſst worden. So zum Beispiel die Beschreibungen des Schleimbalges am Niederzieher des Zungenbeines, und dann des hinteren Schleimbalges des zweibäuchigen Kiefermuskels und

inferioris, tum etiam bursarum ambarum masseteris. Atque cunctae istae descriptiones sectione quinta datae eo ordine sunt, vt facile et capitis et trunci et singulorum in membris articulorum bursas vesiculares vaginalesque possis vno intuitu comprehendere. Ante cuiusuis bursae expositionem nomina inuentorum, eorumque, qui descriptionibus aut iconibus ad accuratiorem eius cognitionem contulerunt, posita sunt. Postremo ad extremam quamque descriptionem numeris locus notatus est, vbi bursae figura in tabulis nostris picta est.

Sectiones sexta, septima, et octaua nostra, septima, octaua et nona Monroi sunt. In quibus sectionibus Monrous res inter se quam maxime diuersas arctissime coniunxit. Etenim hic a peruestigatione structurae bursarum articulorumque ad morbos harum partium, ad perforationem cranii, ad herniarum operationem, atque ad enarrationem transit singulorum quorundam morborum. Et disquisitiones quidem circa bursas mucosas, circa adipem, vt etiam ea, quae de tumoribus bursarum mucosarum dicta sunt, quum notatu sint dignissima, haec cuncta plane non mutata recepimus, vti et annotationes, quae plerumque aptae ipsi commentationi adiici poterant.

Ne autem lectores, si qui sint minus exercitati, Monroi loquacitate nimis confundantur, equidem sectione nona diuisionem ac re-

der beiden Schleimbälge des Käumuskels. Diese im fünften Abschnitte befindlichen Beschreibungen sind so geordnet, daſs man sogleich diejenigen Schleimbälge und Schleimscheiden übersehen kann, die am Kopfe, Rumpfe oder den einzelnen Gelenken der Gliedmaſsen liegen. Bei jedem Schleimsacke steht vor der Beschreibung, der Name des Entdeckers und die Namen derjenigen, die durch Beschreibungen oder Abbildungen zur genaueren Kenntniſs desselben etwas beigetragen haben. Am Ende jeder Beschreibung ist durch Ziffern die Stelle angezeigt, wo der beschriebene Schleimsack auf unsern Tafeln steht.

Der sechste, siebente und achte Abschnitt ist der 7te, 8te und 9te des Originals. In diesen drei Abschnitten hat Monro die verschiedensten Sachen in den genauesten Zusammenhang gebracht. Von den Untersuchungen über die Structur der Schleimsäcke und Gelenke, geht er zu den Krankheiten dieser Theile, zur Trepanation, Bruchoperation und zur Erzählung einiger Krankheitsfälle über. Die Untersuchungen über die Schleimsäcke und über das Fett, verdienen gewiſs alle Aufmerksamkeit, so auch das, was von der Unterscheidung der Schleimsackgeschwülste gesagt ist. Darum sind diese drei Aufsätze unverändert stehen geblieben, bis auf die Anmerkungen, die, meistens ohne Zwang in den Text aufgenommen werden konnten.

Um dem ungeübteren Leser wieder aus der Verwirrung zu helfen, in welche er durch Monro's Redseligkeit gebracht werden könnte, habe ich im neunten Abschnitte eine Eintheilung und kurze Uebersicht, der von

censionem breuem morborum a Monroo commemoratorum, qui in bursas mucosas cadunt (tumores puta) exhibui, prout ex aliorum obseruatione aptissimum mihi videbatur.

Iam quicunque operae pretium putabit, anglicum librum cum hoc germanico comparare (quod facturos esse, qui de libro hocce iudicaturi sunt, confido;) inueniet nihil omissum in nostro opere esse, nisi quod Monrous voluit brachia sola et pedes bursis mucosis instructos esse. Quod secus esse recentior obseruatio docuit.

Non erit, puto, quisquam ita iniquus, qui me de meritis Monroi, Kochii, Gerlachii, Herwigii aliorumque in me transferre aliquid voluisse existimet, quod eorum obseruationes alio nexu exposui, meisque commiscui adnotationibus. Scilicet res ita plerumque dispositae sunt, vt, cuia quaeque sententia sit, dubitari nequeat. Quin etiam virorum illorum bene meritorum scripta, quibus vsus sum, quorumque titulos sectione prima diligenter indicaui, vnicuique ante oculos sunt.

Versionem ex Anglico in vernaculum sermonem, Haertelius, bibliopola, singulari erga me beneuolentia, ipse fecit. In vsum autem peregrinorum, qui Germanicam linguam ignorant, tum in supplementum terminorum technicorum, qui minus apti in vernaculo sermone sunt, latine librum vertit amicus meus Heinrothus.

Monro erwähnten Krankheiten der Schleimsäcke (nehmlich ihrer Geschwülste) gegeben, so wie sie mir nach den Beobachtungen Anderer zweckmäſsig schien.

Wer sich die Mühe nehmen will, (und diese darf ich wohl meinen Beurtheilern zumuthen) das Englische Original mit gegenwärtiger deutscher Ausgabe zu vergleichen, der wird finden, daſs nichts weggelassen worden ist, als die einzige durch spätere Beobachtung widerlegte Behauptung Monro's, daſs nur die Gliedmaſsen mit Schleimsäcken versehen wären.

Man wird mir nicht den Vorwurf machen, daſs ich mir etwas von den Verdiensten Monro's, Kochs, Gerlachs, Herwigs oder anderer habe zueignen wollen, weil ich ihre Beobachtungen in einem andern Zusammenhange vorgetragen und mit meinen Bemerkungen vermischt habe. Die Sachen sind doch meistens so gestellt, daſs man nicht im Zweifel darüber bleiben kann, wessen Meinung die vorgetragene sei. Uebrigens liegen jener verdienten Männer Schriften, die ich benuzt, und deren Titel ich im ersten Abschnitte sorgfältig angezeigt habe, jedermann vor Augen.

Die Uebersetzung aus dem Englischen hat aus besonderer Gefälligkeit gegen mich Herr Buchhändler Härtel selbst verfertiget. Die Lateinische Uebersetzung zum Behufe der Ausländer, welche der deutschen Sprache unkundig sind, und zum Ersatze für die noch unvollkommenen deutschen Kunstwörter, hat mein schätzbarer und gelehrter Freund Herr M. Heinroth über-

Quod autem ad icones attinet, non opus est collaudare studium ac diligentiam SCHROETERI, quam opus ipsum commendabit.

Quem autem ego in edendo hoc libro laborem suscepi, is quo fuit impeditior, eo magis spero fore, vt, siquid minus perfectum atque absolutum inueniatur, facile veniam ab aequo lectore impetrem. Caeterum si quis meliora, etiam seuera cum reprehensione, docere me voluerit, aequo gratoque animo accipiam.

nommen; und bei den Abbildungen brauche ich den Eifer und Kunstfleifs des Herrn Schröter nicht zu rühmen, da ihn feine Arbeit felbft empfehlen wird.

Da die Arbeit, welcher ich mich bei der Herausgabe dieses Buches unterzogen habe, in der That sehr verwickelt war, so hoffe ich, jeder billigdenkende Leser werde mir gefällig seine Nachsicht nicht versagen, wenn er einzelne kleine Unvollkommenheiten findet, die von mir vielleicht übersehen worden sind. Hingegen werde ich den strengsten Tadel mit Achtung und Dank annehmen, wenn er belehrend ist.

ARGUMENTUM.

Sectio prima.

Index chronologicus scriptorum, qui de bursis mucosis, de adipe eiusque secretione, de morbis bursarum mucosarum partiumque his similium egerunt.

Sectio secunda.

Obseruationes generales super bursis mucosis et humore in iis contento.

Sectio tertia.

De bursis mucosis vesicularibus.

Sectio quarta.

De bursis mucosis vaginalibus.

Sectio quinta.

Bursarum mucosarum hactenus in corpore humano detectarum enumeratio ac descriptio.

Sectio sexta.

Structurae bursarum mucosarum cum structura ligamentorum capsularium in articulis comparatio.

Sectio septima.

Structurae bursarum mucosarum cum structura pleurae, pericardii et peritonaei comparatio.

Sectio octaua.

De caussa periculi in inflammationibus ex saccorum clausorum vulneratione ortis, deque via eas euitandi.

Sectio nona.

Appendix de morbis bursarum mucosarum.

Sectio decima.

Figurarum explicatio.

INHALT.

Erster Abschnitt.

Nach der Zeitfolge geordnetes Verzeichnifs derjenigen Schriftsteller, welche über die Schleimsäcke, über das Fett und dessen Absonderung, über die Krankheiten der Schleimsäcke und der mit ihnen verwandten Theile geschrieben haben.

Zweiter Abschnitt.

Allgemeine Bemerkungen über die Schleimsäcke und die in ihnen enthaltene Flüssigkeit.

Dritter Abschnitt.

Bemerkungen über die Schleimbälge.

Vierter Abschnitt.

Bemerkungen über die Schleimscheiden.

Fünfter Abschnitt.

Verzeichnifs und Beschreibung aller bis jezt entdeckten Schleimsäcke des menschlichen Körpers.

Sechster Abschnitt.

Vergleichung des Baues der Schleimsäcke mit dem Baue der Kapselbänder der Gelenke.

Siebenter Abschnitt.

Vergleichung des Baues der Schleimsäcke mit dem Baue des Brustfelles, des Herzbeutels und Bauchfelles.

Achter Abschnitt.

Von der Ursache der gefährlichen Entzündung, welche die Verwundung eines geschlossenen häutigen Sackes nach sich zu ziehen pflegt, und von den Mitteln, sie zu verhüten.

Neunter Abschnitt.

Anhang von den Krankheiten der Schleimsäcke.

Zehenter Abschnitt.

Erklärung der Abbildungen.

SECTIO PRIMA.

INDEX CHRONOLOGICUS SCRIPTORUM, QUI DE BURSIS MUCOSIS, DE ADIPE EIUSQUE SECRETIONE, DE MORBIS BURSARUM MUCOSARVM PARTIUMQUE HIS SIMILIUM EGERUNT.

1. A. Vesalii de humani corporis fabrica. Basil. 1555. Fol. Lib. II. cap. 56. pag. 413. und 414.

Videtur hoc loco bursa mucosa inter musculum iliacum, psoam maiorem, et obturatorem internum descripta esse. Atque omnino Vesalium aliquam notionem bursarum mucosarum habuisse patet e libro II. Cap. I. p. 256. vbi de ligamentis lubricis loquitur, super quibus tanquam trochleis musculi moueantur, deque membranis mucosis, quibus tendines, in manu praecipue, circumdati sint.

Hier scheint der Schleimbalg zwischen dem Darmbeinmuskel und dem großen Lendenmuskel, und den des innern Darmbeinlochmuskels beschrieben zu sein. Ueberhaupt verräth Vesal einige Kenntniß von den Schleimbehältern; im IIten Buch, Kap. I. S. 256. wo er von schlüpfrigen Ligamenten spricht, über welche gleich als über Rollen die Muskeln bewegt werden, und von schleimigen Häuten, mit welchen die Sehnen, besonders der Hand, umgeben sind.

2. I. G. Duverney l'art de disséquer méthodiquement les muscles du corps humain. 1749. eiusque Oeuvres anatomiques, à Paris 1761. 4.

Kochius existimat prima vestigia de cognitione bursarum mucosarum in his scriptis reperiri, praecipue quod attinet ad tendinem obturatoris interni, vtpote vagina propria inuolutum. Sed hanc bursam Vesalius iam et Spiegelius accuratissime descripserunt; quin ille etiam humorem in ea bursa contentum commemorat, quam Spiegelius perspicue pingit. Vid. Adrian. Spiegel. Opera omnia Amstelodami 1645. Fol. Lib. IV. pag. 127. tab. 33. G. G. H.

Nach Koch soll man die ersten Spuren von der Kenntniß der Schleimbehälter in diesen Schriften finden; vorzüglich in Rücksicht auf das, was von der Sehne des innern Darmbeinlochmuskels gesagt ist: daß sie in eine eigne Scheide gehüllt sei. Allein diese Scheide hat schon Vesal und Spiegel sehr genau beschrieben, ersterer spricht sogar von einer darin enthaltenen schlüpfrigen Feuchtigkeit, und lezterer bildet sie sehr deutlich ab. Siehe Adrian. Spiegel. Opera omnia Amsterdami 1645. Fol. Lib. IV. p. 127. tab. 33. G. G. H.

3. Marcell. Malpighii Opera omnia. Londin. 1686. 4.

De omento, de adipe, et de peculiaribus adipis vasis, quae statuit. An globuli adipis singuli membrana propria obducti sint, oculis distingui posse ille negat.

Vom Netze, dem Fette und den eigenen Fettgängen, welche er annimmt. Das Auge, sagt er, könne nicht unterscheiden, ob die einzelnen Fettkügelchen mit einer eigenen Haut umgeben seyen.

4. I. N. Pechlini obseruationum physico-medicarum libri tres. Hamburg. 1691. 4. pag. 306.

In quo p. 306. agitur de cartilagine, quae, vt videtur, e bursa mucosa supragenuali exsecta erat, et nucleos osseos continebat.

Von einem, wie es scheint, aus dem Schleimbalg oberhalb des Knies herausgeschnittenen Knorpel, welcher Knochenkerne enthielt.

5. Osteologia noua or some new observations on the bones etc. by Clopton Havers M. D. London 1691. 8. p. 167. 191.

Nouae quaedam obseruationes de ossibus et partibus eo pertinentibus, vbi et ratio qua crescunt et nutriuntur, exponitur auctore C. Havers. Amstel. 1731. 8.

Glandulas mucilaginosas, synouiae articularis secernendae caussa institutas, primum hic descriptas ac pictas videmus. Atque huius quidem humoris tum vtilitas, tum partes, chemica opera tractatae, clarissima expositione definitae ibi reperiuntur (pag. 209. seq.). Medullam auctor sub microscopio peruestigauit. Vid. Sect. VI. hui. op.

Die Schleimdrüsen welche zur Absonderung des Gelenksafts bestimmt sind, finden wir hier zuerst beschrieben und abgebildet. Der Nutzen dieser Feuchtigkeit sowohl, als die chemisch untersuchten Bestandtheile derselben sind deutlich auseinander gesezt und bestimmt. S. 209 ff. Das Mark hat der Verfasser unter dem Vergrößerungsglase untersucht. Siehe den VI. Abschnitt unseres Werkes.

6. I. B. Morgagni aduersaria anatomica altera. Patauii 1717. 4. Animadu. VI. p. 16.

Propria adipi destinata vasa Malpighii non statuit Morgagnius. Membranam adiposam ait constare ex meris sacculis, qui lobulis glandularum conglomeratarum comparari possint; atque hos sacculos glomerulis adiposis tanquam acinis glandulosis, ad quos vasa penetrent, instructos esse.

Die eigenen fürs Fett bestimmten Gefäße des Malpigh nimmt Morgagni nicht an. Er sagt, die Fetthaut bestehe aus lauter Säckchen, welche mit den Läppchen der zusammengesezten Drüsen verglichen werden könnten; diese Säckchen seyen mit Fettklümpchen, gleichsam als drüsigen Körnern versehen, zu welchen die Blutgefäße giengen.

7. L. Heisteri compendium anatomicum. Altorf. 1717. 4. 171. p. 32. 1732. p. 73. §. 20.

Adipem contineri membrana tenui, ex innumeris loculis vel cellulis conflata, perhibet, in eaque e vasis sanguineis teneribus excerni; quos autem vulgo sumserint meatus adipis, non inueniri.

Das Fett sey in einer dünnen aus unzählichen Fächern oder Zellen bestehenden Haut enthalten, und werde daselbst durch zarte Blutgefäße ausgeschieden; eigentliche Fettgänge gäbe es nicht.

8. A. Monro Osteology. Edinb. 1726. *A. Monro's Knochenlehre und Nervenlehre übersezt von C. Krause. Leipzig*, 1761. 8.

9. I. B. Winslow Exposition anatomique de la structure du corps humain, à Paris 1732. 4. Tom. II. Traité des muscles. 100. 103. 117. 126. 150.

Nomine vaginarum tendinosarum, membranarum mucosarum, et capsularum tendinosarum bursae nonnullae a Winslovio descriptae sunt. Winslow, Traité des Tégum. §. IV. 69. de adipe.

Unter den Namen: häutige Scheiden, schleimige Membranen und sehnige Kapseln, sind einige Schleimsäcke von Winslow beschrieben worden. Winslow *Trait. des Tégum. §. IV. 69. Vom Fette.*

10. Will. Bromfield Chirurgical observations and cases. Lond. 1733. 8. Tom. II. c. fig. aen. *Bromfields chirurgische Beobachtungen. Leipzig* 1774. 8. *m. K.*

11. Medical essays of a society of Edinburgh 1733. Vol. IV. Art. XIX.

12. B. S. Albini historia musculorum hominis. Lugd. Batav. 1734. 4.

Primus bursas mucosas Albinus secundum situm et vsum accurate descripsit. Harum quidem paria sedecim nempe vesicularium, affert. Vaginales videtur Albinus ignorasse. De structura peculiari istarum partium non egit sigillatim.

Albin ist der erste, welcher Schleimsäcke nach ihrer Lage und ihrem Nutzen genau beschrieben hat. Er führt deren 16 Paare, und zwar Schleimbälge auf. Die Schleimscheiden scheinen seiner Aufmerksamkeit entgangen zu seyn. Ueber die eigentliche Structur dieser Theile ist nicht besonders gehandelt.

13. A. F. Walther de obesis et voracibus. Lips. 1734. 4. recus. in Hall. Diss. anat. select. Vol. III.

14. Fr. L. Pitschel de axungia articulorum. Lips. 1740. 4. recus. in Hall. Diss. anat. select. Tom. VI.

15. G. Cheselden Anatomy of the human body. Lond. 1740. 8. 1763. 8. c. fig. aen. *Anatomie des menschlichen Körpers übersezt von A. F. Wolf. Götting. 1790. 8. mit Kupfern.*

16. I. Weitbrecht Syndesmologia siue historia ligamentorum corporis humani. Petropoli 1742. 4. pag. 6. §. 14.

Nonnulla de bursis mucosis ad ligamenta comparatis.

Etwas von den Schleimsäcken in Vergleichung mit den Ligamenten.

17. *Anatomische Erklärung des Ursprungs und der Bildung der Ueberbeine von Eller. Siehe Schriften der königl. preuſs. Akademie der Wissenschaften Jahrg. 1746. S. 108. abgedruckt im Hamburger Magaz. B. 7. St. 4.*

Humor in bursis mucosis vaginalibus (non nominatis iis quidem, descriptis tamen) contentus, vaporibus igne expulsis, albuminis ouorum modico igne calefacti speciem prae se ferebat. Dissuadetur tumorum talium incisio.

Die in den aufgeschwollenen Schleimscheiden (welche nicht ausdrücklich benannt, aber beschrieben sind) enthaltene Flüssigkeit erschien, nachdem man sie hatte abdampfen lassen, als wie Eiweiſs, wenn es an einem mäſsigen Feuer erwärmt worden ist. Das Aufschneiden dieser Geschwülste wird widerrathen.

18. Grützmacher de ossium medulla. Lips. 1748. 4. §. XII.

In adipis particula, sub microscopio peruestigata, informes quidem, ad rotundam tamen formam accedentes glomos vidit, magnitudine insigniter adipis glomerulos superantes. §. XI. Neque adipem neque medullam propria membrana vestiri. Cellulosam, in qua et adeps, et oleum animale conseruetur, satis posse sine laesione inflari.

In einem Stückchen Fett, welches er unter dem Vergröſserungsglase untersuchte, fand er rundliche unregelmäſsige Klümpchen, welche sich durch ihre beträchtliche Gröſse von denen des Markes auszeichneten. §. XI. Die Fettklümpchen sowohl als das Mark seyen von keiner eigenen Haut umgeben. Das Zellgewebe, in welchem das Fett und das thierische Oel aufbewahrt sey, könne man ziemlich, ohne es zu verletzen, aufblasen.

19. G. Cowper The anatomy of human bodies. Vltraject. 1750. fol.

Tabula 79. *E E* glandulae mucosae articuli genu ductibus excretoriis fimbriosis depictae sunt.

Auf der 79. Tafel E E *sind die Schleimdrüschen des Kniegelenkes mit franzenartigen Ausführungsgängen abgebildet.*

20. Sam. Sharp Treatise on the operations of Surgery: a description and representation of instruments and introduction on the nature and treatment of wounds, abscesses and ulcers. Lond. 1751. 8. ed. 4.

21. I. G. Janckii Progr. de capsis tendinum articularibus. Lips. 1753. 4.

Primus omnium Janckius bursas mucosas secundum structuram singulari dissertatione descripsit. Etenim bursarum paria sexaginta et inuestigauit, et quo quaeuis loco sita sit, accurate demonstrauit, propria immortalibus eius meritis modestia.

Jancke ist der erste, welcher die Schleimsäcke in einer eigenen Abhandlung ihrer Structur nach beschrieb. Er hat deren 60 Paare mit einer seinem unsterblichen Verdienste eigenen Bescheidenheit untersucht, und ihre Lage genau angegeben.

22. Donald Monro Disp. de hydrope. Edinb. 1753. 8. — An Essay on the dropsy and its different species. Lond. 1755. 8. 1765. 8.

Monro's Abhandlung von der Wassersucht und ihren besondern Gattungen. 2te Ausgabe. Leipzig 1777. 8.

23. I. A. Segner resp. et auctor. D. H. Knape Dissertat. de acido pinguedinis animalis. Goetting. 1754. 4.

24. Albr. de Haller Elementa physiologiae corporis humani Tom. I. Lausann. 1757. 4. maj. pag. 33.

Cellulas, in quibus adeps contineatur, patere cunctas ait in se inuicem; formam plerumque rotundam esse, propterea, quod adeps sua sponte colligatur in rotunda glomerula. Tom. IV. pag. 504. 428. 437. His locis pauca verba de structura bursarum mucosarum deque Albini inuentis dicta sunt.

Von den Zellen, in welchen das Fett enthalten sey: sie öfneten sich alle ineinander; ihre Gestalt wäre meist rundlich, weil sich das Fett von selbst in rundliche Klümpchen sammle. Tom. IV. pag. 504. 428. 437. *An diesen Stellen ist mit wenig Worten etwas von der Structur der Schleimsäcke und Albins Entdeckungen gesagt.*

25. H. Boerhaave praelectiones academicae in proprias institutiones rei medicae, edidit et notas addidit Alb. Haller. Tom. III. Lugdun. Batav. 1758. 8. pag. 350.

In adiecta nota de bursis mucosis nonnihil. Bursas nonnullas musculis super iis meantibus hypomochlii instar esse.

In der Anmerkung einiges von den Schleimsäcken. Manche Schleimbälge dienten den über sie gehenden Muskeln zum Hypomochlion.

26. Medical observations and inquiries by a Society of Physicians. Lond. 1758. 8. *bis* 1771. 8.

27. Petr. Camper demonstrationum anatomico-pathologicarum liber primus. Amstelaedami 1760. fol. maj. Tab. I. Fig. 2. e, k, a.

Bursa sub musculo deltoideo depicta est. Primo igitur Campero laus est bursarum mucosarum depictarum. Pag. 4. describit bursas vaginales in tendinibus manus, morbosque, quorum obseruationes affert.

Ist der Schleimbalg unter dem dreieckigten Armmuskel abgebildet. Camper hat also das Verdienst der erste zu seyn, welcher Schleimsäcke gezeichnet hat. Seit. 4. beschreibt er die Schleimscheiden der Sehnen an der Hand und ihre Krankheiten, von welchen er Erfahrungen und Beobachtungen anführt.

28. Will. Hunter medical observations 1762. Art. II. pag. 33.

Hic quidem locis iis, vbi adeps constanter adest, apparatum insuper glandulosum statuit, vesiculas puta, siue folliculos, oleum animale continentes, vasaque secernentia oleum istud. Quam opinionem argumentis fulcit, et pag. 36. quaerit, num ex obseruationibus suis iure colligi possit adipem telae cellulosae bursis peculiaribus comprehendi, non texto celluloso, vt in hydrope ana-sarca.

An den Stellen, wo das Fett beständig ist, nimmt er noch eine drüsige Vorrichtung in der Zellhaut an, nehmlich Bläschen oder Bälge, welche das thierische Oel enthalten, und Gefäſse, welche dasselbe absondern. Diese Meinung unterstüzt er mit Gründen, und Seit. 36. wirft er die Frage auf: ob man nicht aus seinen Beobachtungen mit Recht folgern könne, daſs das Fett der Zellhaut in eigenen Bälgen aufbehalten sey; nicht in dem Zellgewebe, wie das Wasser in der Hautwassersucht.

29. Lieutaud Ess. anat. 1766. pag. 105. — Anatomie historique et pratique par M. Lieutaud. Nouvelle édition augmentée par M. Portal. à Paris 1776. T. I.

(Vid. infra sect. quintam.) In versione germanica, quae 1782. 8. Tom. II. edita est, Lips. plures bursae, ab Albino detectae, commemoratae sunt.

(Siehe unten den fünften Abschnitt.) In der deutschen Uebersetzung, welche 1782. 8. in Leipzig erschien, sind mehrere der von Albin entdeckten Schleimsäcke angeführt.

30. William Hewson Medical observations by a society of physicians. Lond. 1767. 8. pag. 396.

31. C. E. Boecler praesid. *Jon. Sidren* Dissert. de tumore articulorum fungoso. Vpsal. 1769. p. 6.

De bursis mucosis praeter naturam expansis in articulo genu.

Von widernatürlich ausgedehnten Schleimsäcken am Kniegelenk.

32. *I. Chr. Theden neue Bemerkungen und Erfahrungen in der Wundarzneikunst. Berlin und Stettin* 1771. 8.

De gangliis.

Von Ueberbeinen.

33. I. A. Caemmerer praesid. D. I. G. Haasio de vnguine articulari eiusque vitiis. Lips. 1774. 4. pag. 8.

De locis bursarum mucosarum patentibus, e quibus potest earum humor in capsulas articulares effundi.

Von den Oefnungen, durch welche die Flüssigkeit der Schleimsäcke in die Gelenkkapseln ergossen werden kann.

34. Petit traité des malad. chir. Paris 1774. 4. Tom. 2. pag. 354. 356.

35. Duncan Medical Commentaries for the year 1773-1782. Lond. 1774-1783. 8. Vol. II. pag. 427.

36. Percival Pott chirurgical Works. Lond. 1775. 4. *Potts sämmtliche Werke. Berlin* 1787. 8. 2 *Bände.*

37. Plenck primae lineae anatom. Vindob. 1775. pag. 176.

De glandulis articulorum.

Von den Gelenkdrüsen.

38. *Lor. Crells Versuche über das Fett und dessen Säure, in dem chemischen Journale B. I. Seit.* 102. *Lemgo* 1778. 8.

39. Ferd. Leber praelectiones anatomicae 8. maj. Vienn. 1778. *Vorlesungen über die Zergliederungskunst. 2te Auflage gr. 8. Wien* 1778.

Glandulae articulorum describuntur.

Beschreibt die Gelenkdrüschen.

40. A Treatise on the Theory and Management of Ulcers, with a Dissertation on white Swellings of the Joints. To which is prefixed an Essay on the chirurgical Treatment of Inflammation and its Consequences, by Benj. Bell. Edinb. 1778. *B. Bells Abhandlung von den Geschwüren und deren Behandlung, nebst einigen Bemerkungen über die weissen Geschwülste der Gelenke und die chirurgische Behandlung der Entzündung und ihrer Folgen. Aus dem Engl. Leipzig* 1779. 8. *Neue und vermehrte Ausgabe. Leipzig* 1792. 8. *mit einer Kupfertafel.*

41. Lorry in hist. de la sociét. roy. d. med. 1779. Mém. p. 97. *Abhandlung über das Fett in dem menschlichen Körper, über dessen Eigenschaften und Fehler und über die Krankheiten, welche es verursachen kann, von A. C. Lorry. Aus dem Französischen übersezt von H. W. Lindemann M. D. Berlin* 1797. 8.

42. *Richard Browne Chestons pathologische Untersuchungen und Beobachtungen in der Wundarzneikunst durch Zergliederung krankhafter Leichname. Nebst einem Anhange von 12 verschiedenen Wahrnehmungen von Dr. Joh. Christian Friedr. Scherf. Gotha* 1780.

Obseruationes nonnullae insunt tumorum articularium. *Einige Beobachtungen über Gelenkgeschwülste.*

43. Anatomy of the human body by SAMUEL FOARD SIMMONS. Lond. 1780. 8. p. 257. 233. *In der zu Leipzig* 1781. 8. *erschienenen deutschen Uebersetzung S.* 227. 291.

Vsus est auctor iis, quae ALBINUS detexit. *Albins Entdeckungen findet man hier benuzt.*

44. E. SANDIFORT descriptio musculorum hominis. Lugd. Batav. 1781. 4.

Hic quidem ALBINUM sequitur. *Folgt dem Albin.*

45. ALEX. HAMILTON Treatise of midwifery. Lond. 1781. 8. pag. 345. 352. *Hamilton über die Hebammenkunst. Berlin* 1792. 8.

46. Traité complet d'Anatomie ou Déscription de toutes les parties du corps humain, par M. SABATIER, à Paris 1781. 8. Tom. I. pag. 9.

Ductus excretorios glandularum articularium fimbriatos esse perhibetur. Pag. 281. 246. auctor paria 25 bursarum mucosarum secundum situm conditionemque earum quam accuratissime describit. Primus bursarum mucosarum aptas denominationes inuenit.

Die Ausführungsgänge der Gelenkdrüsen seyen franzenartig. S. 281. 246. Der Verfasser beschreibt 25 Paar Schleimsäcke nach ihrer Lage und Beschaffenheit sehr genau; er sorgte zuerst für zweckmäſsige Benennungen der verschiedenen Schleimsäcke.

47. BENIAMIN BELL System of surgery. Edinburg 1783. 8. T. V. p. 478. *Deutsche Uebersetzung Th. IV. S.* 313.

De bursis mucosis vitiosis. *Von fehlerhaften Schleimsäcken.*

48. BELL Treatise on ulcers. Edinb. 1784. p. 447. *Deutsche Uebersetzung. S.* 292.

Morbi bursarum mucosarum. *Krankheiten der Schleimsäcke.*

49. IOSEPH DE PLENCIZ acta et obseruata medica. Prag. et Vienn. 1783.

Nonnulla de tumoribus articulorum. *Etwas von Gelenkgeschwülsten.*

50. *J. Hunczowsky Medicinisch-chirurgische Beobachtungen. Wien* 1783. 8.

De tumoribus albis. *Von weiſsen Geschwülsten.*

51. An Account of a new Method of treating Diseases of the Joints of the Knee and Elbow in a letter to Mr. PERCIVAL POTT, by H. PARK. Lond. 1783.

52. GUIL. XAVER. IANSEN pinguedinis animalis consideratio physiologica et pathologica. Lugd. Batav. 1784. 8. *übersezt von Jonas. Halle* 1786. 8.

53. A system of Anatomy from Monro, Winslow, Innes, and the latest authors. Edinb. 1784. 8.

Notarum bursarum mucosarum repetitio. *Wiederholung der bekannten Schleimsäcke.*

54. *I. C. A. Mayer Beschreibung des ganzen menschlichen Körpers. Berlin und Leipzig 1784. Band 3. S. 58.*

Bene descripta est et bursarum mucosarum structura, et praecipue ea ratio, qua humor in bursis comprehensus secernitur. In musculis, quas ALBINUS bursas mucosas detexit, commemoratae sunt.

Die Structur der Schleimsäcke ist gut beschrieben, vorzüglich die Art, wie die in ihnen enthaltene Flüssigkeit abgesondert wird. Bei den Muskeln sind die von Albin entdeckten Schleimsäcke angeführt.

55. PETR. CAMPER dissert. de hydropum variorum indole, caussis et medicina. Vid. Mémoir. de la Société Royale de médécine, Année 1784. S. 145.

De bursis mucosis praeter naturam expansis.

Von widernatürlich ausgedehnten Schleimsäcken.

56. IOACH. DIETR. BRANDIS Commentatio de oleorum vnguinosorum natura. Goetting. 1785. 4.

57. D. I. G. HAASE De adminiculis motus muscularis. Lips. 1785. 4. pag. 11.

Quaedam de origine bursarum mucosarum e membrana ossium, cartilaginum, ligamentorumue.

Einiges vom Ursprunge der Schleimsäcke aus der Knochen- Knorpel- oder Bänderhaut.

58. DE FOURCROY Memoires pour servir à l'histoire anatomique des tendons; dans lesquelles on s'occupe spécialement de leurs capsules muqueuses. Vid. Histoire de l'Académie royale des sciences, Année 1785. à Paris 1785-1788.

Diductae ibi sunt atque accuratae indagationes situs structuraeque bursarum mucosarum, quarum praecipue eae descriptae sunt, quae ad articulum humeri et cubiti inueniuntur. Bursarum cunctarum numerum ad sexaginta fere aut septuaginta esse FOURCROIUS existimat. Porro JANCKIUM optime de his rebus meritum esse fatetur, cuius viri egregium librum saepe etiam in vsum suum adhibuit. Ingeniose FOURCROIUS bursas mucosas diuidit in capsulas tendinum mucosas et capsulas synouiales articulorum.

Ausführliche und genaue Untersuchungen der Lage und Structur der Schleimbeutel, von denen vorzüglich die am Schulter- und Ellbogengelenk befindlichen beschrieben sind. Er glaubt, daſs sich überhaupt die Zahl der Schleimsäcke auf 60 bis 70 belaufe. Janckens Verdiensten widerfährt Gerechtigkeit, auch ist dessen vortrefliche Schrift fleiſsig benuzt. Fourcroy theilt die Schleimsäcke sinnreich in Schleimsäcke der Sehnen und Schleimsäcke der Gelenkkapseln.

59. VERDIER Abrégé de l'Anatomie du corps humain, à Paris 1786. 8.

Quae in hoc libro de bursis mucosis dicta sunt, auctorem videntur SABATERIUM, qui librum edidit, habuisse.

Das, was über die Schleimsäcke in dieser Schrift bemerkt ist, scheint von Sabatier, dem Herausgeber derselben, herzurühren.

60. An Enquiry into the present state of Medical surgery. Vol. II. by THOMAS KIRKLAND. Lond. 1786.

De tumoribus genu.

Von Kniegeschwülsten.

61. *I. Barth Anfangsgründe der Muskellehre. Wien 1786. Fol. m. Kupfern.*

Bursarum ab ALBINO descriptarum repetitio.

Wiederholung der von Albin beschriebenen Schleimsäcke.

62. *Jos. Warners chirurgische Vorfälle und Bemerkungen aus dem Engl. Leipz. 1787. gr. 8. S. 111.*

De gangliorum medicina.

Von der Behandlung der Ueberbeine.

63. PLOUQUETIUS respondent. F. A. Tritschler. Tub. 1787. 4. p. 21.

De concretionibus in bursa quadam mucosa femoris.

Von Verhärtungen in einem Schleimsacke am Schenkel.

64. *D. J. Chr. Loder anatomisches Handbuch. Jena 1788. 8. S. 446. u. s. w.*

65. A description of all the bursae mucosae of the human body, their structure explained and compared with that of the capsular ligaments of the joints and of those sacs which line the cavities of the thorax and abdomen; with remarks on the accidents and diseases which affect those several sacs, and on the operations necessary for their cure, illustrated with Tables. By Alexander Monro M. D. Professor of Physic, Anatomy, and Surgery, in the university of Edinburgh; Fellow of the royal College of Physicians and of the royal society of Edinburgh, and Fellow of the royal Academy of surgery of Paris. Edinburgh: Printed for C. Elliot, T. Kay and Co. No. 332. and London; for Charles Elliot. Edinburgh 1788. Fol.

Plurimum laudis Monrous in bursis mucosis inuestigandis eo sibi comparauit, quod paria pinxit earum septuaginta, atque hac re ad cognitionem accuratiorem istarum partium multum contulit. Cuius scriptoris liber cum in germanicum sermonem translatus insignem mutationem subierit, necesse duxi eius, quale in anglico opere est, summam omnem ordine suo complecti. Litteras, quibus opus suum academiae literarum Parisiensi auctor dicauit, sequuntur deinceps ordine sectiones sic. Sectio I. Introductio. Sect. 2. Ordo tractationis. Sect. 3. Obseruationes generales de numero, situ, et nexibus bursarum mucosarum. Sect. 4. Explicatio figurarum sex, in quibus magnitudo, forma, situs, et nexus omnium bursarum mucosarum exhibiti sunt. Sectio 5. Explicatio tabulae septimae, vbi caua depicta sunt, quae in bursis mucosis et in articulis corporum senilium oriuntur. Sect. 6. Obseruationes generales super structura bursarum mucosarum. Sect. 7. Comparatio structurae bursarum mucosarum cum structura capsularum articularium. Sect. 8. Comparatio structurae bursarum mucosarum et capsularum articularium, cum structura pleurae, pericardii et peritonaei. Sect. 9. Cur periculosa sit saccis membranaceis clausis inflammatio ex vulnere; et quibus modis vitetur. Sect. 10. Explicatio tabulae octauae, in qua structura adipis et organorum, humorem bursis et articulis proprium synouialem secernentium, depingitur. Sectio 11. Explicatio tabulae nonae, in qua corpuscula cartilaginea depicta sunt, quae in bursis mucosis, in cauis articularibus, inque aliis saccis membranaceis reperta fuerant. Sect. 12. Explicatio tabulae duodecimae, in qua hiatus intestinorum in duobus corporibus tympanite affectis ruptorum depicti sunt. — Ex hoc quidem argumenti indice perspicuum est, plane nullam rationem habitam esse descriptionis bursarum singularum; quippe quae in figurarum explicationibus obiter tantummodo commemoratae sunt. Omnino autem figurae tam parum descriptae, ac tam male depictae sunt, vt ad claram de situ bursarum mucosarum notionem exhibendam nullo modo sufficiant. Bursas mucosas capitis et trunci auctor libri ignorauit. Admodum mancae sunt sectiones tertia et sexta; nona denique proprie ad rem prorsus non pertinet.

Monro's hauptsächlichstes Verdienst bei der Untersuchung der Schleimsäcke besteht darinn, daſs er deren 70 Paare abgebildet, und dadurch zur genaueren Kenntniſs dieser Theile viel beigetragen hat. Da bei dieser deutschen Herausgabe seines Werkes so viel an dem Original geändert worden ist, so halte ich es für nöthig, hier den Inhalt desselben anzuführen. Nach der Dedication an die Pariser Academie der Wissenschaften folgt der 1. Abschn. Einleitung. 2. Abschn. Ordnung, in welcher der Gegenstand abgehandelt werden soll. 3. Abschnitt. Allgemeine Bemerkungen über die Zahl, Lage und Verbindungen der Schleimsäcke. 4. Abschn. Erklärung der 6 Kupfertafel, auf welchen die Gröſse, Gestalt, Lage und Verbindungen aller Schleimsäcke dargestellt sind. 5. Abschn. Erklärung der siebenten Kupfertafel, worauf die Höhlen vorgestellt sind, welche bey alten Subjecten in den Schleimsäcken und Gelenken entstehen. 6. Abschn. Allgemeine Bemerkungeu über die Structur der Schleimsäcke. 7. Absch. Vergleichung der Structur der Schleimsäcke mit der Structur der Gelenkkapseln. 8. Abschn. Vergleichung der Structur der Schleimsäcke und Gelenkkapseln mit derjenigen, des Brustfelles, des Herzbeutels und des Bauchfelles. 9. Abschn. Von der Ursache der gefährlichen Entzündungen, welche die Verwundung eines geschlossenen Sackes nach sich zieht, und von den Mitteln, sie zu verhüten. 10. Abschnitt. Erklärung der achten Kupfertafel, auf welcher die Structur des Fettes und der Organe, welche die Flüssigkeit der Schleimsäcke und Gelenke absondern, vorgestellt ist. 11. Abtchnitt. Erklärung der neunten Kupfertafel, auf welcher knorplige Körper gezeichnet sind, die man in Schleimsäcken, Gelenkhöhlen und andern häutigen Säcken gefunden hat. 12. Abschnitt. Erklärung der zwölften Kupfertafel, worauf die Oefnungen in den Gedärmen dargestellt sind, die bei zwey Subjecten zum Vorschein kamen, bei welchen die Windsucht war. Aus dieser Inhaltsanzeige sieht man, daſs auf die Beschreibung der einzelnen Schleimsäcke gar keine Rücksicht genommen worden ist, denn in den Erklärungen der Abbildungen sind sie nur flüchtig angegeben. Ueberhaupt sind die Abbildungen so wenig beschrieben und so schlecht gezeichnet, daſs sie keineswegs hinreichend seyn können, deutliche Vorstellungen von der Lage der Schleimsäcke zu geben. Die Schleimsäcke des Kopfes und Rumpfes waren dem Verfasser noch unbekannt. Der dritte und sechste Abschnitt ist sehr unvollständig, der neunte Abschnitt aber eigentlich gar nicht zur Sache gehörig.

66. *Lentin Beyträge zur ausübenden Arzneywissenschaft. Leipz.* 1789. 8. *S.* 275.

De fungo articulari.

Vom Gliedschwamm.

67. Redhead de adipe. Edinburg 1789. germ. serm. conuers. in: *Auszüge aus den besten und neuesten englischen medicinischen Streitschriften herausgegeb. von H. Tabor. Heidelb. u. Leipzig* 1792. *Erster Band.* 8.

68. C. M. Koch respondent. A. G. Eysold Dissertatio anatomico-physica de bursis tendinum mucosis. Lips. 1789. 4. typ. tenuo expr. in: Delectus opusculorum medicorum antehac in Germaniae diuersis academiis editorum, quae in auditorum commodum collegit et cum notis hinc inde aucta recudi curauit *I. P. Frank.* Vol. X. 1791. 8.

Doctissimus huius libri auctor omnem eorum historiam in hoc opere complexus est, quae super bursis mucosis disputata fuerant; atque ipse structuram, situm et conditionem istarum partium non solum in cadaueribus humanis, sed etiam in bubus, equis, canibus, suibus et auibus variis inuestigauit. Bursarum ad sua vsque tempora detectarum descriptiones affert, iisque nomina, secundum earum situm, apta ponit. Atque hic quidem vir haud dubie maiori cum diligentia atque ordine hanc rem persequutus est, quam vel ante eum alii scriptores fecerant, vel post eum fecerunt.

Der gelehrte Verfasser trägt vollständig die Geschichte der bisherigen Untersuchungen über die Schleimbeutel vor, und hat selbst die Structur, Lage und Beschaffenheit dieser Theile nicht nur an menschlichen Leichnamen, sondern auch an Ochsen, Pferden, Hunden, Schweinen und verschiedenen Vögeln untersucht. Von den bis zu seiner Zeit entdeckten Schleimsäcken führt er Beschreibungen an, und belegt die Schleimsäcke mit schicklichen, nach ihrer Lage bestimmten Namen. Unstreitig hat er diesen Gegenstand mit mehrerer Sorgfalt und Ordnung vorgetragen, als vor ihm oder nach ihm von andern Schriftstellern geschehen ist.

69. I. B. Burserii institut. medic. practic. Mediol. 1789. Vol. IV. P. II. p. 123.

De tumoribus gangliorum similibus, qui in colica pictonum ad manus apparent.

Von den Ueberbeinen ähnlichen Geschwülsten, welche bei der Bleikolik an der Hand zum Vorschein kommen.

70. *G. Fr. Hildebrandt Lehrbuch der Anatomie des Menschen 2ter Band. Braunschweig* 1789. 8. *S.* 26.

Nonnulla in vniuersum super bursis mucosis. In musculorum singulorum descriptione plurium musculorum bursae descriptae sunt.

Etwas im allgemeinen über die Schleimsäcke. Bei den Beschreibungen der einzelnen Muskeln, sind an manchen die ihnen zugehörigen Schleimsäcke beschrieben.

71. *J. C. Jäger Beyträge zur Erläuterung der Entstehungsursachen und der Heilarten des Gliedschwammes nach eigenen Erfahrungen. Frankfurt am Mayn* 1789. 8.

72. De vsu glandularum suprarenalium in animalibus, nec non de origine adipis disquisitio anatomico-philosophica. Copenhag. 1790. 4. (auctore *N. Riegels*).

Perhibetur adeps in glandulis secerni et ductibus peculiaribus excretoriis ad alias partes adduci; hosque ductus ideo tantum Mercurio repleri non posse, quia in mortuo homine obstruantur adipe coacto. Ita v. c. glandulam suprarenalem organon secretorium esse adipis eius, qui renem eiusque peluim circumdet.

Das Fett werde in Drüsen abgesondert und durch besondere ausführende Gänge an andere Theile geführt. Diese Fettführenden Gänge könnten blos deshalb nicht mit Quecksilber angefüllt werden, weil sie nach dem Tode durch das geronnene Fett verstopft würden. So sei zum Beispiel die Nebenniere ein Absonderungsorgan desjenigen Fettes, welches die Niere und das Nierenbecken umgiebt.

73. C. M. Koch de morbis bursarum tendinum mucosarum. Lips. 1790. 4.

74. *S. Th. Sömmerring vom Baue des menschlichen Körpers. 3ter Theil. Muskellehre. Frankfurt am Mayn* 1791. 8.

Nonnullas nondum antea visas in capite bursas mucosas describit, cum, qui ante eum de bursis scripserant, pedum tantummodo bursas cognitas haberent.

Beschreibt einige neue Schleimsäcke am Kopfe, da seine Vorgänger solche Theile nur an den Extremitäten kannten.

75. Journal de Chirurgie par Mr. *Desault*. Tom. 2. à Paris 1791.

76. *I. L. Fischers Anweisung zur praktischen Zergliederungskunst. Leipz.* 1791. 8. *S.* 159.

Cap. XVIII. de bursis mucosis musculorum et articulorum. Plena illo quidem tempore et absoluta bursarum mucosarum in corpore humano enumeratio.

Achtzehendes Kapitel von den an den Muskeln und Gelenken befindlichen Schleimsäcken. Ein damals vollständiges Verzeichnifs aller Schleimsäcke des menschlichen Körpers.

77. Acta regiae Societatis medicae Hauniensis. Vol. III. Haun. 1792. p. 421.

De tumoribus articulorum.

Von Gelenkgeschwülsten.

78. *K. K. Siebold's chirurgisches Tagebuch. Nürnberg* 1792. 8. *mit* 6 *Kupfert. S.* 82.

De gangliis.

Von Ueberbeinen.

79. F. E. Gerlach praesid. Nuernbergero de bursis tendinum mucosis in capite et collo reperiundis. c. tabul. aeneis. Viteberg. 1793. 4.

Hic primus inter germanicos scriptores bursarum mucosarum icones exhibuit, easque elegantissimas.

Der erste deutsche Schriftsteller, welcher Abbildungen von Schleimsäcken gegeben hat, und zwar Abbildungen von ausnehmender Zierlichkeit.

80. Eduard Home Transactions of a Society for the improvement of Medical and chirurgical Knowledge. Lond. 1793. p. 229.

De fungo genu articulari.

Vom Knieschwamm.

81. *Anatomische Tafeln zur Beförderung der Kenntnifs des menschlichen Körpers gesammelt und herausgegeben von Dr. I. Chr. Loder. Weimar* 1794. *Fol.*

Bursae mucosae quaelibet hactenus detectae fuse, et plures primae, in hoc opere depictae sunt.

Alle bisher entdeckten Schleimsäcke sind ausführlich und mehrere zuerst hier abgebildet.

82. Observations on the Disease of the Hip - Joint; to which are added some Remarks on the white Swellings of the Knee etc. by Edward Ford. London 1794. Sect. VI. Hunc libr. germ. vert. D. *F. C. Michaelis*. Lips. 1795.

83. I. I. Plenck primae lineae anatomes edit. 4ta. Vienn. 1794. 8.

In eo libro plena et absoluta enumeratio est bursarum omnium mucosarum corporis humani, et plures obseruationes nouae: sic v. c. commemorata bursa sternohyoidei est.

Enthält ein vollständiges Verzeichnifs aller Schleimsäcke des menschlichen Körpers und mehrere neue Bemerkungen, z. B. den Schleimbalg unter dem Niederzieher des Zungenbeines.

84. *Chr. M. Kochs Untersuchung des natürlichen Baues und der Krankheiten der Schleimbeutel. Aus dem Lateinischen mit einigen Anmerkungen. Nürnberg u. Altdorf* 1795. 8.

Huius versionis auctor jure opinatur plures forsitan esse capitis collique musculos bursis mucosis instructos, praecipue autem tendines musculorum, qui ad os hyoideum pertinent, et ossiculorum auditus, et diaphragma. Recens detectorum in notis diligens vsus factus est.

Der Uebersetzer äufsert S. 13. die gegründete Vermuthung, dafs wohl mehrere Kopf- und Halsmuskeln mit Schleimbeuteln versehen sein dürften, besonders aber, die Sehnen der Muskeln des Zungenbeines und der Gehörknochen, wie auch der Zwergmuskel. Die neueren Entdeckungen sind in den Anmerkungen fleifsig benuzt.

85. *J. J. Plenck's Hygrologie des menschlichen Körpers. Wien* 1795. 8. *Seit.* 137. 134. *Dasselbe Buch mit Anmerkungen von Davidson und einer Vorrede von Hermbstädt. Berlin* 1797. 8.

De partibus, quibus constat humor in vaginis tendinum; synouiae articulorum inuestigatio.

Bestandtheile des Saftes in den Scheiden der Sehnen; und Untersuchung des Gelenksaftes.

86. I. C. G. T. Herwig Dissertat. inaugural. medico-chirurgica de morbis bursarum mucosarum. Gotting. 1795. 4.

Etiam, qua ratione bursarum mucosarum morbis medendum sit, expositum in hoc libello est.

Auch das Heilverfahren bei den Krankheiten der Schleimsäcke ist hier angegeben.

87. G. F. Biermann Praesid. *Gabr. Heilmann* Dissert. inaug. de corporibus iuxta articulos mobilibus, cum subiuncta obseruatione. Wurzeb. 1796. 4.

88. *W. R. C. Wiedemann Handbuch der Anatomie. Braunschweig* 1796.

Pleraeque bursae mucosae accurate secundum situm descriptae sunt.

Die meisten Schleimsäcke sind genau nach ihrer Lage beschrieben.

89. *Physiologische Untersuchungen von D. Th. G. A. Roose. Braunschweig* 1796. 8. *S.* 94.

De secretione adipis. Atque hic quidem negat glandulas adipis, nuper a Guil. Huntero commendatas, ab vllo anatomico visas fuisse. Statu aegroto adipem colligi in iis locis ait, quibus sano statu nullus sit; glandulas ergo, si ita esset, primum creari oportere. Forsitan paruos esse quosdam meatus simplices, ad latera ex arteriarum parietibus secedentes, in quibus, sanguine lentius ad latera accedente, oleosorum humorum fiat accumulatio.

Ueber die Absonderung des Fettes. Die Fettdrüschen, die in neuern Zeiten Will. Hunter geltend zu machen gesucht habe, seien von niemanden gesehen worden. Es häufe sich im krankhaften Zustande Fett an solchen Orten an, wo im gesunden Zustande keines vorhanden sei, da müſsten also diese Drüsen erst erzeugt werden. Vielleicht gäbe es kleine einfache Gänge, die seitwärts aus den Wänden der Arterien abgiengen, in welchen bei langsamerer Seitenbewegung des Blutes die Ansammlung öhliger Feuchtigkeiten geschehe.

90. *D. G. Chr. Conradi Stadtphysikus in Nordheim, Handbuch der pathologischen Anatomie. Hannover* 1796. 8.

Nonnulla de inflammatione et abscessibus bursarum mucosarum.

Einiges von Entzündung und Abscessen der Schleimbälge.

91. Elémens de Myologie et de Syndesmologie par Thomas Lauth. I. Vol. Basle et Paris 1798. 8.

In eo libro, quae iam de bursis mucosis innotuerunt, bene expostia sunt.

Das bekannte über die Schleimsäcke ist hier gut vorgetragen.

SECTIO SECUNDA.

OBSERVATIONES GENERALES SUPER BURSIS MUCOSIS ET HUMORE IN IIS CONTENTO.

Corpus animale ita aptissime institutum esse animaduertimus, vt neque tritu, neque rerum externarum pulsu corporis organa laedantur. Namque et sensuum instrumenta, et ossium iuncturae, tum caua corporis quaeque, et canales, et receptacula, et ipsa integumenta externa humore lubrico instructa sunt, qui, quo actuosiores cunctarum illarum partium motus sunt, hoc effunditur vberius. Facile autem intelligitur, musculos, vt ad motum saepissime cientur et plurimum valent, ita etiam a tritu tutissimos esse debere. Quorum profecto neque flexibilitas, neque libera ab impedimentis mobilitas diu duraret, nisi aut adipis puluinaribus, aut membranis humidis lubricisque circumdarentur. Pluribus autem locis humore proprio opus erat musculorum tendinibus, cuius ope in muneribus suis peragendis, quemadmodum ope synouiae ossa, neque humiditate, neque lubricitate destituerentur.

Huiusmodi et comparatur humor et seruatur in peculiaribus receptaculis membranaceis, quae tum a forma, tum a materia, quam includunt, bursae mucosae, vesicae vnguinosae, mucosae tendinum capsulae, siue capsulae tendinum articulares vocatae sunt.

Bursae mucosae formam ac speciem maiorum minorumue, rotundorum vel oualium saccorum habent, qui membrana clausa effinguntur, proximeque aut tendinibus, aut capsulis articularibus adhaerent. Possunt autem ista humoris, tendines muscu-

ZWEITER ABSCHNITT.

Allgemeine Bemerkungen über die Schleimsäcke und die in ihnen enthaltene Flüssigkeit.

Im ganzen thierischen Körper erblicken wir überall die zweckmäfsigsten Anstalten zur Verhinderung der Reibung und zum Schutz der Organe gegen die gewaltsamere Einwirkung äufserer Gegenstände. Die Sinneswerkzeuge, die Knochenvergliederungen, alle Höhlen, Kanäle und Behältnisse des Körpers, selbst die äufseren Bedeckungen, sind mit einer schlüpfrigen Feuchtigkeit versehen, die sich desto reichlicher ergiefst, je thätiger die Bewegungen aller dieser Theile vor sich gehen. Es läfst sich leicht denken, dafs die Muskeln bei ihrer so häufig veranlafsten und so grofsen Wirksamkeit ganz vorzüglich vor aller Reibung gesichert sein werden. In der That würde ihre Biegsamkeit, und ihre freie, ungehinderte Beweglichkeit nicht fortdauernd sein, wenn sie nicht entweder auf Polstern von Fett, oder mit feuchten schlüpfrigen Häuten umgeben wären. An mehreren Stellen aber bedurften die Sehnen der Muskeln einer eigenen Feuchtigkeit, vermittelst welcher sie bei ihren Bewegungen, so wie die Knochen vom Gelenksaft, befeuchtet und schlüpfrig erhalten werden könnten.

Eine solche Feuchtigkeit wird in besondern häutigen Behältnissen abgesondert und aufbewahrt, welche man nach ihrer Form und dem in ihnen enthaltenen Stoffe Schleimsäcke, Schleimbeutel, Schleimbläschen oder Schleimbehälter für die Muskelsehnen nennt.

Die Schleimsäcke stellen ihrer Figur nach bald kleinere bald gröfsere, runde oder länglichrunde geschlosse-

lorum lubricantis, receptacula, prout figura, structura et adhaesione differunt, in duo genera diuidi. Alterum eorum est, quorum forma ad rotundam magis accedit, quaeque vnum tantummodo tangunt latus tendinis, vel tendinum, quibus inseruiunt. Atque haec quidem bursarum mucosarum vesicularium nomine nobis insigniuntur. Alterum genus est eorum, quae cylindrica magis sunt, et tendinis vnius vel plurium partem, vaginae instar, quouis latere cingunt. Quae receptacula vocantur bursae mucosae vaginales, siue vaginae mucosae.

Singularum autem, quae in hoc duplici genere comprehenduntur, bursarum mucosarum cum omnino rationem, tum situm atque adhaesionem separatim spectabimus. Prius vero ea afferenda sunt, quae cunctis bursis mucosis communia sunt.

Iam in pueris recens natis tendines musculorum instructi bursis mucosis sunt, quae quidem, pro aetate, maiores, quam adultorum, sed minus sibi forma locoque constantes, et numerosiores sunt. Itaque bursarum mucosarum peruestigatio faciliori opera in cadaueribus juniorum instituitur; quippe in quibus nondum firmius aliis partibus bursae adhaeserint.

Bursae mucosae plerumque in iis musculis sunt, qui circum os tanquam super trochlea vltro citroque mouentur, vel in iis, qui insigni longitudine sunt et ad magnos motus adhibentur. Quorum cum plerique articulorum regionibus adhaereant: etiam bursae mucosae in articulorum sedibus numerosissimae reperiuntur.

Quidam musculi pluribus bursis instructi sunt, vt in principiis ac finibus, vel in interna externaque tendinum superficie. Plerumque tamen singulis tendinibus singulae bursae sunt.

Pleraeque hactenus inuentae bursae constanter adsunt, atque in quibuslibet cadaveribus locis iisdem reperiuntur. Mutabiles nonnullae sunt et saepe prorsus desunt. Interdum fit vt loco vnius bursae plures adsint, aut plurium sedem vna, eaque maior, occupet.

ne häutige Säcke vor, die zunächst an die Sehnen oder Gelenkkapseln befestiget sind. Nach ihrer Figur, Structur und Befestigung kann man diese Behälter für die zur Schlüpfrigmachung der Muskelsehnen bestimmte Feuchtigkeit, in zweyerley Arten unterscheiden.

Manche Schleimsäcke haben eine rundlichere Gestalt, und sind mit einer oder mehreren Sehnen, für die sie bestimmt sind, nur an einer Fläche der Sehne in Verbindung. Diese wollen wir mit dem Namen Schleimbälge bezeichnen.

Andere Schleimsäcke sind mehr cylindrisch und umgeben ein Stück von einer oder mehreren Sehnen von allen Seiten, gleich einer Scheide, diese nennt man scheidenartige Schleimbeutel; Schleimscheiden.

Wir wollen jede Art von Schleimsäcken nach ihrer Lage, Befestigung und ganzen Beschaffenheit, besonders untersuchen; vorher aber werde ich noch dasjenige anführen, was allen Schleimsäcken gemein ist.

Man findet schon beim neugebohrnen Kinde Schleimsäcke für die Muskelsehnen, und sie sind hier im Verhältnifs gröfser als beim Erwachsenen, aber auch unbestimmter, veränderlicher und zahlreicher. Die Untersuchung der Schleimsäcke ist daher leichter an den Leichnamen junger Personen vorzunehmen, weil sie hier noch nicht so fest mit andern Theilen verwachsen sind.

Die Schleimsäcke sind meistens an denjenigen Muskeln vorhanden, die an dem Knochen, wie über eine Rolle hin und her bewegt werden, oder an solchen, die eine beträchtliche Länge haben, und zu grofsen Bewegungen bestimmt sind. Da sich solche Muskeln gröfstentheils in der Gegend der Gelenke anfügen; so sind auch die Schleimsäcke am zahlreichsten in der Gegend der Gelenke wahrzunehmen.

Manche Muskeln sind mit mehrerern Schleimsäcken versehen, z. B. an ihrer obern und an ihrer unteren Extremität; an der inneren und an der äufseren Fläche ihrer Sehnen. Am häufigsten ist es, dafs nur ein Schleimsack für eine Sehne bestimmt ist.

Bursae mucosae omnes propria, modo teneriore, modo firmiore, semper autem pellucida, tenui et vasculosa membrana constant. Cuius quidem superficies exterior plerumque etiam cellulosa tenera circumdatur, vel per textum cellulosum vicinis partibus alligatur. Nonnullis autem locis externae huius superficiei pars aut tendinibus, aut ossibus, aut membranae cartilagineae, aut capsulis articularibus arctiſſime concreta est. Adipis denique maior minorue copia semper cellulosam telam bursis mucosis circumiectam replet.

Praeter vasa et adducentis et abducentis generis sanguifera, quae clarissime in bursae cuiuslibet mucosae membrana cernere licet, vasa quoque resorbentia huic membranae addita esse summa probabilitate ponitur; certe dubium non est, si quando bursarum humor nimius sit, eum imminui, quin penitus deleri posse. Scilicet in capsulis quoque articularibus, quarum summa est cum bursis mucosis et similitudo et congruentia, vera detexerunt vasa sorbentia.

Nequaquam autem ramuli neruorum in ipsa membrana apparuerunt bursarum mucosarum, quippe quae sensus signa nulla, nisi irritatae inflammataeque produnt; quin tunc quoque magis videntur expansione sua molestiam vicinis partibus afferre, quam ipsae dolere.

In bursis quibusque mucosis membranae superficies interior laeuis et lubrica est humore vnguinoso, qui spatium bursarum internum implet. Humor iste colorem flavescentem et rubicundum habet, et vnguinosi olei crassitudinem; similis ouorum albumini. Et cum plane eiusdem naturae, quam synouia, sit: eum synouiae bursarum nomine appellabo.

Huius bursarum synouiae partes mucosae forsitan, aut, quemadmodum in capsulis articularibus fit, e folliculis peculiaribus secernuntur, qui tamen in bursis mucosis nondum distincte obseruati sunt, aut inter partes serosas exhalationibus mi-

Die meisten bis jezt entdeckten Schleimsäcke, sind beständig und werden in jedem Leichnam an einer und derselben Stelle gefunden. Mehrere sind veränderlich und fehlen oft ganz. Bisweilen geschieht es, daſs statt eines Schleimsackes mehrere vorhanden sind; oder, daſs statt mehrerer kleineren, ein gröſserer gefunden wird.

Die Schleimsäcke bestehen insgesammt aus einer eigenen bald zärteren, bald festeren, immer aber durchscheinenden und feinen gefäſsreichen Haut. Die äuſsere Fläche derselben ist meistens noch mit einer zarten Zellhaut umgeben oder durch Zellstoff an benachbarte Theile befestiget. An mehrerern Stellen aber ist ein Theil dieser äuſseren Fläche sehr genau mit Sehnen, mit Knochen oder Knorpelhaut, oder mit Gelenkkapseln verwachsen. Fett befindet sich in gröſserer oder geringerer Menge immer in dem den Schleimsack umgebenden Zellstoffe.

Auſser den zu- und abführenden ganz deutlich sichtbaren Blutgefäſsen in der Haut des Schleimsackes, lassen sich mit Gewiſsheit auch einsaugende Gefäſse vermuthen; wenigstens ist es zuverläſsig, daſs die Feuchtigkeit der Schleimsäcke, wenn sie in zu groſser Menge angehäuft ist, verringert werden; ja daſs sie beinahe ganz verschwinden kann. Auch hat man in den Gelenkkapseln, welche so viele Aehnlichkeit und Uebereinstimmung mit den Schleimsäcken zeigen, wirkliche Saugadern gesehen.

Nervenästchen hat man in der eigentlichen Haut der Schleimsäcke nicht gesehen. Empfindlichkeit äuſsern sie nur im gereizten und entzündeten Zustande, und in diesem hönnte der Schmerz vielleicht mehr von dem Drucke herrühren, den die ausgedehnten Schleimsäcke auf benachbarte Theile äuſsern.

Die innere Fläche der Haut ist in allen Schleimsäcken glatt und schlüpfrig; von der schmierigen Feuchtigkeit, welche den innern Raum ausfüllt. Diese Feuchtigkeit ist von gelblicher röthlicher Farbe und schleimigöhliger Konsistenz, dem Eiweiſs ähnelnd und völlig von derselben Beschaffenheit als die Gelenkschmiere, weswegen ich sie mit dem Namen Sehnenschmiere bezeichnen werde.

Die schleimigen Theile der Sehnenschmiere werden vielleicht, so wie in den Gelenkkapseln von eigenen kleinen Balgdrüsen, die man jedoch in den Schleimsäcken

nutissimarum arteriarum emittuntur. Oleosas autem particulas a tendinibus puto exprimi ex adipe, semper in vicinia bursarum mucosarum aut extrinsecus circa eas, aut intus collocato. Sed de hoc quidem paullo serius dicemus.

Quae Monrous de synouia bursarum experimenta instituerit, ea infra, sectione sexta conferri possunt. In synouiam bursarum ex cadaueribus humanis depromtam Fourcroius tum iam inquisiuit, tum eam chemicae operae amplius se subiecturum esse promisit. Atque hic quidem tam articulorum quam bursarum synouiam aqua facile comisceri posse ait, cui coloris albi aliquid tribuant; deinde vtramque aqua feruida cogi, et fila, albuminis ad instar, referre; porro per syrupum violarum viridi vtramque colore tingi, et tum ignis vi tum acidis adhibitis condensari congelarique.

Kochius humores ex diuersis corporis humani aut brutorum bursis mucosis collectos, tum colore, tum crassitudine, tum vi lubricante satis inter se discrepare vidit. Etiam diuersam esse synouiam animaduertit bursarum earumdem e diuersis cadaueribus depromtam. Namque in bursis minoribus, nec validiori pressui obnoxiis, albidior humor erat, et tenuior, et liquidior tactuque minus vnguinosus; qualem humorem in bursa mucosa sub tendine musculi pectoralis magni et maioris teretis obseruauit. Crassiorem autem ac tenaciorem inuenit synouiam in bursis maioribus ad articulos, genu praesertim, et sub Achillis tendine collocatis; quippe quarum humor in fila satis longa extendi poterat et rubicundior copiosiorque erat.

Quodsi guttis illis paucis, quae e bursis tenuiorem humorem continentibus colligi poterant, acidum sulphureum fortius, et spiritus vini rectificatissimus, qui vocatur, affundebantur, tritis inter se hisce liquidis, leuis nubecula aut fila albida apparebant; similiter vero tractatae synouiae crassioris ac tenacioris pars fere duodecima in massam non pellucidam congelabat.

noch nicht ganz deutlich gesehen hat, abgesondert, oder sie kommen mit den wäſsrigen Theilen aus den feinsten aushauchenden Endungen der Pulsadern. Die öhligen Theile werden, wie ich vermuthe, durch den Druck der Sehnen, aus dem immer in der Nachbarschaft der Schleimsäcke an ihrem äuſsern Umfange oder in ihrem innern Raume befindlichen Fette, von welchem weiter unten die Rede seyn wird, ausgepreſst.

Monro's Versuche mit der Sehnenschmiere kann man unten im sechsten Abschnitte nachlesen. Fourcroy hat dieselbe aus menschlichen Leichnamen untersucht, aber eine genauere chemische Zergliederung dieses Stoffes versprochen. Er sagt: die Gelenkschmiere und Sehnenschmiere wären leicht mit dem Wasser vermischbar und färbten dasselbe etwas weiſslich, im siedenden Wasser gerinnen sie und bilden sich wie Eiweiſs zu Fäden; durch Veilchensyrup werden sie grün gefärbt, und das Feuer sowohl als die Säuren verdichten sie und machen sie gerinnen.

Koch fand die aus verschiedenen Schleimsäcken des nämlichen Menschen - oder Thierkörpers gesammelte Feuchtigkeit, sowohl in ihrer Farbe, als in der Konsistenz und schlüpfrigmachenden Eigenschaft ziemlich verschieden; auch bei der Sehnenschmiere, die aus einerlei Schleimsäcken, aber von verschiedenen Leichnamen genommen war, bemerkte er einen Unterschied. Denn in den kleineren und einer starken Pressung nicht ausgesezten Schleimsäcken war der Saft weiſser, dünner, flüssiger und weniger schmierig anzufühlen, wie er an der in dem Schleimbalg und an der Sehne des groſsen Brustmuskels und des groſsen runden Armmuskels enthaltenen Feuchtigkeit wahrnahm.

Dicker und zäher fand er die Schmiere in den gröſseren an den Gelenken, besonders am Knie und unter der Achillessehne liegenden Schleimbälgen; denn hier lieſs sie sich in ziemlich lange Fäden ziehen, hatte eine röthlichere Farbe und war in beträchtlicher Menge vorhanden.

Wenn er zu den wenigen Tropfen, die aus den einen dünneren Saft enthaltenden Schleimbälgen gesammelt werden konnten, Vitriolöhl und höchst gereinigten Weingeist goſs, so erschien bei Untereinanderreiben der ganzen Masse, eine leichte kaum bemerkbare Wolke oder weiſsliche Fäden; wenn aber die dickere und zähere Schmiere auf dieselbe Art behandelt wurde, so gerann beinahe der zwölfte Theil zu einer undurchsichtigen Masse.

Bursarum et articulorum synouiam ex equo et boue et sue detractam Kochius eo tantum differre vidit, quod materia ad congelandum apta minor in equi et suis, quam in bouis humoribus esset.

Bursarum mucosarum cum capsulis articularibus a Monroo instituta comparatio sectione sexta continetur. Nunc, quae sit bursarum et vesicularium et vaginalium natura et structura, accuratius inuestigabimus.

Die Sehnenschmiere und Gelenkschmiere aus dem Pferde, dem Ochsen und dem Schweine, fand *Koch* nur in so ferne etwas verschieden, daſs diese Säfte bei dem Pferde und Schweine weniger gerinnbare Materie zeigten, als bei dem Ochsen.

Die von *Monro* angestellte Vergleichung der Schleimsäcke mit den Gelenkkapseln ist im sechsten Abschnitte zu lesen. Wir wollen nun die Schleimbälge und die Schleimscheiden nach ihrer Beschaffenheit und Structur genauer untersuchen.

SECTIO TERTIA.

DE BURSIS MUCOSIS VESICULARIBUS.

Bursae vesiculares vni tantummodo parti tendinum, aliquo eorum latere, adhaerent; plerumque bursis vaginalibus breuiores sunt; forma vesiculari, ouali aut rotunda; et patefactae manifesto cauum vel vesiculam ostendunt.

Harum partium et inuestigatio et inuentio non admodum difficilis est. Musculi bursam vesicularem habentis caro a vicinis partibus separatur, ac tendine a partibus quibuscunque adiacentibus seiungendo, cursus eius vsque ad sedem bursae inuestigatur. Summa autem circumspectione tunc agendum est, cum cellulosus textus, aut membranae proxime regionem bursae contingentes, separantur. Quo facto si per parvam incisuram aut aër bursae immittitur, aut liquor, congelans facile, iniicitur: tota bursae amplitudo conspicitur. Saepe succedit, vt bursa, vna cum humore, quem continet, illaesa excidatur.

Maxima bursarum copia reperitur in articulo humeri, et cubiti, et femoris, et genu. Plerumque tales tendines bursis mucosis instructi sunt, qui, cum proxime aut ossa, aut cartilagines, aut alios tendines motu suo tangant, ne tritu laedantur, humore lubricante egent. Aliae bursae tendinibus quasi trochlearum instar sunt, super quibus moueantur tendines. Sic institutum est in circumflexo palati, in obturatore interno, inque iliaco interno. (Tab. II. 3. Tab. VIII. R. Tab. VII. W.)

DRITTER ABSCHNITT.

Bemerkungen über die Schleimbälge insbesondere.

Die Schleimbälge hängen nur einem Theile der Sehne an einer Fläche derselben an; sind gröſstentheils weniger lang als die Schleimscheiden; haben eine blasenähnliche, eirunde oder runde Gestalt; und zeigen, wenn man sie eröffnet, eine deutliche Höhle oder Blase.

Die Untersuchung und Auffindung dieser Organe ist nicht sonderlich schwierig. Man trennt an einem Muskel, welcher mit einem Schleimbalg versehen ist, das Muskelfleisch von den benachbarten Theilen los, und sucht die Sehne bis zum Sitz des Schleimbalges zu verfolgen, indem man sie von allen umliegenden Theilen absondert. Besondere Vorsicht ist dabei nöthig, wenn man an der Stelle, wo sich der Schleimbalg befindet, das Zellgewebe und die anliegenden Häute trennt. Ist dieses aber geschehen, so kann man durch einen kleinen Einschnitt in den Schleimbalg Luft einblasen, oder eine schnell gerinnende Flüssigkeit einfüllen: alsdann erblickt man ihn in seiner völligen Ausdehnung. Oefters gelingt es, daſs man einen Schleimbalg mit seiner in ihm enthaltenen Flüssigkeit unverlezt heraustrennen kann.

Am zahlreichsten sind die Schleimbälge in den Gegenden des Oberarmgelenkes, Ellbogengelenkes, Schenkelgelenkes und Kniegelenkes. Gewöhnlich sind an solchen Sehnen Schleimbälge angebracht, die dicht an Knochen, Knorpeln oder andern Sehnen hingezogen werden und hier zur Verhinderung der Reibung eine schlüpfrigmachende Feuchtigkeit nöthig haben. Andere Schleimbälge dienen den Sehnen gleichsam zu Rollen, worüber sie gezogen werden. Dieses ist der Fall beim Gaumenspanner, beim innern Schenkelroller und bei dem innern Darmbeinmuskel. (Tabul. II. 3. Tabul. VIII. R. Tab. VII. W.)

Raro vbi musculi in partes duas, pluresue diuiduntur, inter eas bursae sunt; sunt tamen in massetere (Tab. II. 1. 2.) et in terete maiori.

Plerumque bursae superficiei internae tendinum, prope eorum insertionem, adhaerent. Sunt tamen qui etiam superficiei externae adhaereant: veluti bursa mucosa, quae extremis tendinibus musculi supraspinati et infraspinati incumbit.

Interdum bursa vna pluribus tendinibus adnexa est: vt v. c. bursa inter psoam maiorem atque iliacum internum. (Tab. VII. W.)

Plures bursae proxime sub tendinibus et capsulis articularibus sunt: v. g. bursa inter musculum tricipitem brachii et articulum cubiti. (Tab. VI. fig. 1. H.)

Occurrunt etiam bursae iis locis, quibus vnum os ad alterum mouetur: v. c. vbi processus coracoideus scapulae ad clauiculam iacet. (Tab. III. l.)

Quo loco apophysis ossis alicuius in capsula articulari mouetur, vt ne partes istae terantur, bursa mucosa interiecta est. Cuiusmodi v. c. inter acromium scapulae est et ligamentum capsulare articuli humeri. (Tab. III. m.)

Interdum minor bursa in cauo maioris alicuius inclusa est. Quod saepe fit in ea bursa, quae est inter musculum semitendinosum et caput internum gastrocnemii. (Tab. X. fig. II. L. M.)

Hic illic videntur bursae mucosae inter partes, quibus adiacent, vt cunei, adactae esse. Maxime eae, quae tendinibus duobus interiectae sunt.

Contra aliae bursae firmius copulatae sunt ossibus, vel cartilaginibus, vel ligamentis, quam tendinibus, quibus inseruiunt.

Sunt inter bursas mucosas nonnullae, quarum membrana tam firmiter adglutinata est tendini eo loco, vbi tendo adhaeret, vt nisi aut bursa rupta, aut tendine, auelli nequeant.

Saepe in bursis mucosis circa articulos sitis accidit, vt in cauum articulare aut

Selten befinden sich innerhalb des Muskels, da, wo er sich in eine oder mehrere Portionen theilt, Schleimbälge, doch geschieht diefs, beim Käumuskel (Tab. II. 1. 2.) und beim grofsen runden Armmuskel.

Meistens hängen die Schleimbälge der innern Fläche einer Sehne nahe an ihrer Insertion an. Doch giebt es auch Schleimbälge, die der äufseren Fläche der Sehne anhängen, wie zum Beispiel der Schleimbalg, welcher an den Sehnenendigungen vom Ober- und Untergrätmuskel des Schulterblattes liegt.

Zuweilen steht ein Schleimbalg mit mehrerern Sehnen in Verbindung, wie z. B. der Schleimbalg zwischen dem grofsen runden Lendenmuskel und dem innern Darmbeinmuskel. (Tab. VII. W.)

Mehrere Schleimbälge liegen unmittelbar zwischen Sehnen und Gelenkbändern z. B. der Schleimbalg zwischen dem dreiköpfigen Armmuskel und dem Ellbogengelenke. (Tab. VI. fig. 1. H.)

Auch an solchen Stellen, wo ein Knochen an dem andern bewegt wird, kommen Schleimbälge vor, so z. B. da, wo der Hackenfortsatz des Schulterblattes am Schlüsselbeine liegt. (Tab. III. l.)

Wo ein Knochenfortsatz auf einem Gelenkbande spielt, ist zur Verhinderung der Reibung ein Schleimbalg angebracht; ein solcher liegt zwischen der Schulterhöhe und dem Kapselbande des Schultergelenkes. (Tab. III. m.)

Jezuweilen ist ein kleinerer Schleimbalg in der Höhle eines gröfsern befindlich, dieses ist öfters der Fall in dem zwischen dem halbhäutigen Muskel und dem innern Kopf des Wadenmuskels liegenden Schleimbalg. (Tab. X. fig. 2. L. M.)

Hier und da scheinen die Schleimbälge zwischen die Theile, an welchen sie liegen, gleichsam nur eingeschoben zu sein, besonders gilt dieses von denen, die zwischen zwei Sehnen liegen.

Dagegen hängen andere Schleimbälge fester an Knochen, Knorpeln oder Bändern, als an ihren Sehnen.

Manche Schleimbälge sind mit ihrer eigenthümlichen Haut so fest an die Sehne, da, wo sie sich anfügt, verwachsen, dafs sie ohne die Substanz eines von beiden, des Schleimbalges oder der Sehne zu verletzen, nicht getrennt werden können.

Bei den um die Gelenke herumliegenden Schleimbälgen ist es oft der Fall, dafs sie durch eine oder meh-

vno aditu, aut pluribus pateant. Et hoc quidem in iuniori aetate non minus, quam in prouectiori inuenitur. Saepe tamen in senibus tritu et bursa hiat et vicina capsulae articularis pars, ita vt praeter naturam ex vno cauo in alterum introitus sit; quo quidem nulla ratione partium istarum functiones turbantur. (Tab. XIII. fig. 1. H. K. fig. 2. A. B. fig. 3. F. G.)

Bursae nonnullae tum sibi inuicem, tum cauis articularibus tam prope contiguae sunt, vt vel naturae bursis in bursas, et ex his in caua articularia commeatus reperiantur.

Quae de bursarum mucosarum membrana generatim dicta sunt, ea de bursarum vesicularium quoque membrana speciatim valent; quae tamen in his densior est, et difficilius rumpit, quam in bursis vaginalibus; quin interdum ad structuram tendinosam accedit et cum tendinum fibris stricte contexitur.

Vbi in musculis secandis ad tendinem ventum est, cui bursa mucosa subiacet, eam vno latere cum tendinibus, ex aduersa autem parte cum aliis partibus subiectis, velut ossibus, cartilaginibus, aut aliis tendinibus arcte nexam inueniemus, reliquam autem bursae partem per meram cellulosam cum partibus prope iacentibus laxe coniunctam. Atque his locis remissior bursa apparet, motoque tendini facile cedit.

Cum propria bursarum mucosarum membrana tam firmiter, tamque arcte adhaereat partibus iis, quarum solidior structura est, vt ossium, et cartilaginum et ligamentorum: opinio fuit eas originem debere membranae aut ossium, aut cartilaginum, aut capsularum articularium; et sane quidem structura eius membranae, e qua bursae mucosae conflatae sunt, multis modis conuenit cum partium illarum natura.

Qui propriae bursarum mucosarum membranae originem in variis illis membranis quaesiuerunt, illius membranae constructionem effinxerunt hoc fere modo. Etenim vbicunque aliqua illarum membranarum ad formandam bursam extendatur, parte,

rere, bald kleinere, bald gröſsere Oeffnungen mit der Gelenkhöhle in Verbiudung stehen. Man findet das bei iungen und älteren Subiecten, bei Alten entsteht aber öfters durch Reibung eine Oeffnung in dem Schleimbalge und dem benachbarten Theile der Gelenkkapsel, so daſs ein widernatürlicher Uebergang von einer Höhle in die andere zum Vorschein kömmt, wodurch aber keineswegs die Verrichtungen gestört werden. (Tab. XIII. fig. 1. H. K. fig. 2. A. B. fig. 3. F. G.

Manche Schleimbälge liegen so genau aneinander und an den Gelenkhöhlen, daſs schon von Natur aus einem in den andern, und aus diesem wieder in die Gelenkhöhlen Oeffnungen statt finden.

Was von der Haut der Schleimsäcke im Allgemeinen gesagt worden ist, das gilt auch von der Haut der Schleimbälge insbesondere, doch ist sie bei diesen dichter und nicht so leicht zerreiſsbar, als bei den Schleimscheiden, ia bisweilen nähert sie sich dem Sehnigen und hängt dicht an den Sehnen an.

Wenn man bei der Zergliederung der Muskeln auf eine Sehne, unter welcher ein Schleimbalg liegt, kömmt; so wird man bemerken, daſs derselbe auf der einen Seite an den Sehnen, auf der entgegengesezten Seite aber an andern dahinter liegenden Theilen, als an Knochen, Knorpeln, Bändern oder andern Sehnen genau anhängt; an seinem ganzen übrigen Umfange ist er nur durch Zellstoff mit den naheliegenden Theilen locker verbunden, und hier erscheint er schlaff und der Bewegung der Sehne sehr leicht nachgebend.

Da die eigentliche Haut der Schleimbälge mit Theilen von festerer Bauart, dergleichen die Knochen, die Knorpel und die Bänder sind, so fest und gedrängt zusammenhängt; so hat man vermuthet, daſs sie der Knochenhaut, Knorpelhaut, oder der Haut der Gelenkkapseln ihren Ursprung zu verdanken habe, auch kömmt in der That die Structur der Haut des Schleimbalges in vielem Betracht mit der Beschaffenheit der genannten Häute überein.

Dieienigen, welche den Ursprung der eigenthümlichen Haut des Schleimbalges aus diesen verschiedenen Häuten angenommen haben, stellen sich die Entstehungsart auf folgende Weise vor: da, wo sich eine der gedachten Häute zur Bildung eines Schleimbalges ausbreitet, verläſst sie den Theil, den sie eigentlich überzieht, dehnt sich nach allen Seiten aus, und hängt sich, weiter und breiter geworden, an die Sehne an, so daſs sie einen

cuius obducendae caussa adsit, relicta, quaqua versus eam expandi, amplioremque factam ac latiorem ita tendini sese copulare, vt saccum paruum referat, quo pars aliqua superficiei ossium, vel cartilaginum, vel ligamentorum capsularium tendinumue contineatur atque ambiatur. Et hac quidem ratione eas maxime bursas conformari aiunt, quae inter os, cuius e membrana natae sint, atque inter tendines resideant: et hic saepe etiam laminam cartilagineam vel membranam densam inter ossis tabulam et cutem bursae interpositam esse. Eandem denique dicunt rationem esse earum bursarum, quae cartilaginibus, ligamentisue adfixae sint.

Igitur, si ea explicatio, in qua Kochium ducem sequuti sumus, a veritate non abhorret: ita, puto, mente atque cogitatione effingenda est saccorum membranaceorum generatio, vt membranae quaelibet, illorum quasi genetrices, ad procreandas bursas ex vno tantummodo puncto prodeuntes expandantur. Saccos enim huiusmodi aliter oriri posse non video. Quodsi secus esset, parietes caui eius, quo synouia continetur, ex ipso osse, vel cartilagine, vel ligamento articulari existerent. Quod non fit; neque enim vllam vnquam inueniemus in bursa mucosa partem aut ossis, aut cartilaginis, aut ligamenti articularis, membrana istarum partium propria non obtectam. Etiam, si caute agas, in plerisque bursis mucosis fieri poterit, vt integrae et illaesae partium vicinarum nexu soluantur, quamuis saepe cum illis, perpetuo tendinis pressu, arctissime concreuerint.

Fourcroius arbitratus est membranam bursarum mucosarum propriam, quam soluere non semper ei contigisset, plerumque ex iis partibus oriri, in quas inserantur tendines: fieri tamen posse vt interdum ex ipsis tendinibus quasi euoluta in partes vicinas transmigret, intexaturque. Vidit enim bursarum ad tendinum insertionem positarum membranam propriam vtrique tendinis margini tam firmiter adhaerere, vt, nisi laeso tendine ipso, dirimi bursa mucosa nequiret, quin vno latere in fibras tendinis

kleinen Sack vorstellt, in welchem ein Theil der Oberfläche eines Knochens, Knorpels oder Kapselbandes und der Sehne enthalten; und gleichsam eingefaſst ist. Auf diese Art werden vorzüglich dieienigen Schleimbälge gebildet, welche zwischen dem Knochen, von dessen Haut sie entstanden sind, und den Sehnen ihren Sitz haben, hier ist oft noch ein Knorpelplättchen oder eine feste Membran zwischen die Knochensubstanz und die Haut des Schleimbalges eingelegt. Eben so verhält es sich auch mit denienigen Schleimbälgen, welche an Knorpeln oder Bändern anhängen.

Wenn diese angeführte und nach *Koch* vorgetragene Erklärungsart die richtige ist; so müſste man sich wohl vorstellen, daſs die Ausdehnung einer von jenen ursprünglichen Häuten zur Bildung eines Schleimbalges blos von einem Punkte aus geschehe, denn auf keine andere Art, kann nach meiner Einsicht ein vollkommener häutiger Sack zu Stande kommen, vielmehr würde eine Wand der Höhle, in welcher die Sehnenschmiere aufbehalten ist, unmittelbar vom Knochen, Knorpel oder einem Gelenkbande gebildet werden, welches jedoch der Fall nicht ist, da man in einem Schleimbalge nie eine Stelle des Knochens, Knorpels oder Gelenkbandes finden wird, die nicht mit der diesen Theilen eigenen Haut bedeckt wäre. Auch ist es doch immer, wenn man alle Vorsicht anwendet, bei den meisten Schleimbälgen möglich, sie ganz und unverlezt von den anliegenden Häuten zu trennen, obgleich sie mit denselben durch die beständige Pressung der Sehne oft sehr genau verwachsen sind.

Fourcroy hält dafür, daſs die eigenthümliche Haut des Schleimbalges, weil es ihm nicht immer gelang, sie loszutrennen, meistens von den Theilen ihren Ursprung habe, an welche sich die Sehnen einpflanzen; hier und da werde sie aber doch wohl aus der Substanz der Sehnen selbst fortgepflanzt und den benachbarten Theilen angehängt. Denn er sah an Schleimbälgen, welche an der Insertion der Sehnen lagen; daſs ihre eigenthümliche Haut, den beiden Rändern der Sehne mit einer Festigkeit anhieng, die es unmöglich machte, den Schleimbalg, ohne die Substanz der Sehne zu verletzen, loszutrennen, vielmehr lief sie auf der einen Seite in die Fasern der Sehne fort, und auf der andern war sie mit der Knochenhaut

abibat, altero plane cum periostio confusa erat et commixta, reliqua autem parte iis, quae vicina essent, non nisi laxo vinculo iungebatur.

Quodsi eiusmodi partium membranosarum originem vere ex aliarum membranarum continuatione deriuari liceret: ex iis quae ego circa hanc rem experimenta institui, iure meo viderer mihi colligere membranam bursarum mucosarum propriam proficisci e membrana vel musculorum vel tendinum. Huius membranae, qua musculi cuncti atque tendines vestiuntur, ita prorsus eadem conditio est cum tenera bursarum mucosarum membrana, vt vix aliquid discriminis inter vtramque reperiatur. Etiam ipsa musculorum membrana, etsi non admodum largiter, imbuta est humore vel vapore, carnem omnem musculosam, fibrasque carnium singulas inungente. Atque haec quidem membrana quomodo possit aliquo tendinis loco ac plerumque ad terminum tendinis, saccum gignere: id quidem, in illa membranae musculosae facultate varias induendi formas, cellulosaque natura, explicare non foret difficile. Densiorem autem eam fieri, quibus locis plurimum comprimatur, firmius autem adhaerere debere partibus iis, a quibus et contra quas perpetuo prematur, res ipsa docet. Arcta autem illa copulatio, quae saepe inter membranam bursae mucosae propriam atque fibras tendineas animaduertitur, facillime inde explicari potest, quod membrana musculosa, quae bursam efficit, fibras musculorum tendinumque singulas amplectitur, vel inter eas interseritur.

Nunc spatium bursarum mucosarum internum diligentius perlustrabimus. Atque synouiam eo contineri, quae internam membranae superficiem laeuem, lubricamque reddit, id quidem iam supra dictum est. At plura in membrana bursarum atque intra bursas apparent idcirco notatu dignissima, quia, vt mox docebitur, apparatum in iis secernendae synouiae plerique collocarunt.

Interdum membrana bursarum superficie interna densior fit per textum tendi-

verschmolzen, an den übrigen Flächen aber, den naheliegenden Theilen nur locker anhängig.

Wenn die Entstehung solcher häutigen Theile wirklich aus der Fortsetzung von andern Häuten erklärt werden dürfte, so würde ich mich nach den Untersuchungen, welche ich über diesen Gegenstand angestellt habe, für berechtigt halten, zu glauben, daſs die eigenthümliche Haut der Schleimbälge ihre Entstehung der Muskelhaut oder Sehnenhaut zu verdanken hat. Diese Haut, mit welcher alle Muskeln und Sehnen bekleidet sind, zeigt die genaueste Uebereinstimmung mit der zarten Haut der Schleimbälge, und es läſst sich wohl schwerlich eine deutliche Gränze zwischen beiden Häuten darthun. Auch enthält schon die Muskelhaut, wiewohl in geringerer Menge, einen schlüpfrigmachenden Saft oder Dunst für den ganzen Muskelkörper und seine einzelnen Fasern. Wie sie an einer Stelle der Sehne, und zwar meistens da, wo leztere aufhört, einen Sack bilden kann, das lieſse sich bei der Fähigkeit, welche die Muskelhaut besizt, allerlei Formen anzunehmen, und bei ihrer ursprünglich zelligen Struktur leicht erklären. Daſs sie da, wo der meiste Druck ist, sich mehr verdichtet, und den Theilen, von denen sie, und gegen welche sie beständig gepreſst wird, fester anhängt, ergiebt sich aus der Natur der Sache. Die genaue Verbindung, welche man oft mit der eigenthümlichen Haut des Schleimbalges und mit den Sehnenfasern wahrnimmt, läſst sich sehr gut erklären, wenn man bedenkt, daſs die Muskelhaut, welche den Schleimbalg hervorbringt, sich um die einzelnen Fasern der Muskeln und Sehnen herumschlägt, oder zwischen selbige einfügt.

Nun wollen wir den innern Raum der Schleimbälge genauer untersuchen. Daſs er die Sehnenschmiere enthält, wovon die innere Fläche der Haut glatt und schlüpfrig erscheint, ist schon oben angezeigt worden. Allein es ergeben sich an der Haut des Schleimbalges und innerhalb demselben noch verschiedene Erscheinungen, die um so mehr Aufmerksamkeit verdienen, da sie von den Schriftstellern, wie man aus dem Verfolge sehen wird, gröſstentheils für Anstalten zur Absonderung der Sehnenschmiere angesehen worden sind.

Zuweilen sieht man die Haut des Schleimbalges an ihrer innern Fläche durch ein netzartiges sehniges Gewebe

neum, retis in formam constructum, atque arcte cum membrana ipsa concretum. Nonnumquam hoc textum e quibusdam quasi funiculis constat, tendineae naturae speciem habentibus, qui transuersis viis inter se discurrunt membranamque hic illic firmiorem reddunt. Saepe funiculi isti, taeniolarum similes non in texto tantum membranae sunt, sed per medium quoque bursarum cauum expanduntur, ita, vt eorum textura, vt iam monuit Ianckius, comparari possit filis iis, quibus trabeculae cordis carneae et inter se et cum ventriculorum cordis parietibus nexae sunt.

Quamuis saepe eiusmodi fila siue fasciolae repertae sint, non sunt tamen necessaria, quippe quae in multis bursis plane desint, neque vmquam stabilem speciem formamque seruent. Ita Kochius in bursa mucosa sub tendine musculi pectoralis maioris filum ramosum obseruauit, quod e tendine natum radice simplici, ad internam bursae superficiem pluribus ramis pergeret. Creduntur ista fila ad tendinem bursae alligandum vasaque e tendine in bursam perducenda instituta esse. Cui commoditati vt inseruiant, tamen id casu fit, cum, quam parum necessariae hae partes sint, earum et inconstantia et absentia arguat.

Porro intra bursas mucosas inueniuntur continuationes membranaceae et implicationes. Hae, a membrana bursarum progenitae, ex prominente dupliciter membrana atque denuo in vnam coeunte compinguntur. Kochius eas cum ligamentis ad valuulam coli vel frenulo linguae comparat. Huiusmodi magnam plicam vidit in ea bursa, quae intus inter radicem processus ad scapulam coracoidei, et ligamentum articulare humeri sita est: similesque minores plicas inuenit in compluribus aliis bursis mucosis. Ac cum inter has fibras a membrana profectas praecipuam vnguinis illius copiam deprehenderet, eas putauit maxime eam ob caussam vtilitate non carere, quia forsitan humori in bursis secreto moram longiorem concederent. Praeterea hunc certe vsum habent, vt superficiei mucum in bursa secernentis amplitudinem augeant.

verstärkt, welches dicht in die Haut selbst verwachsen ist, öfters sind es nur einzelne, dem Anscheine nach sehnige Streifen, die einander in mancherlei Richtungen durchkreuzen und der Haut an einigen Stellen mehrere Festigkeit geben. Oefters sind diese bandartigen Streifen nicht blos in der Haut selbst verwebt, sondern sie erscheinen in der Höhle des Schleimbalges frei ausgespannt, so dafs ihr Gewebe, wie schon *Jancke* angeführt hat, mit den Fäden verglichen werden kann, wodurch die Fleischsäulen des Herzens untereinander und mit den Wänden der Herzkammern verbunden sind.

So oft auch dergleichen Fäden oder Bändchen gefunden werden, so sind sie doch keineswegs wesentlich, vielmehr fehlen sie in vielen Schleimbälgen gänzlich, und jedesmal erscheinen sie anders und in verschiedenen Gestalten; so hat *Koch* in dem Schleimbalg unter der Sehne des grofsen Brustmuskels einen mit Aesten versehenen Faden wahrgenommen, welcher aus der Sehne mit einer einfachen Wurzel entsprang, und sich mit mehreren Zweigen an die innere Fläche des Schleimbalges fortsezte. Man glaubt, dafs diese Bändchen zur Befestigung der Sehne an den Schleimbalg und zur Leitung der Gefäfse aus der Sehne in den Schleimbalg bestimmt seien. Wenn sie auch wirklich den Nutzen haben, so ist dieser doch nur zufällig, und die Unbeständigkeit dieser Theile selbst oder ihr gänzlicher Mangel bei vielen Subjecten beweiset, wie wenig sie nothwendig sind.

Ferner findet man innerhalb der Schleimbälge häutige Fortätze oder Zusammenfaltungen; sie werden von der Haut des Schleimbalges hervorgebracht, und bestehen aus hervorragenden Verdoppelungen derselben. *Koch* vergleicht sie mit den Bändern an der Grimmdarmklappe oder mit dem Zungenbändchen; er sah eine grofse Falte dieser Art, in dem Schleimbalg, welcher zwischen dem innnern Theile der Wurzel des Schulterhackens und dem Kapselbande des Oberarmbeines seinen Sitz hat, dergleichen kleinere Falten fand er in verschiedenen andern Schleimbälgen. Da er zwischen diesen häutigen Fortsätzen jenen schmierigen Saft besonders häufig angesammelt fand, so hält er es für sehr wahrscheinlich, dafs sie vorzüglich deshalb nicht ohne Nutzen wären, weil sie vielleicht der in den Schleimbälgen abgesonderten Feuchtigkeit einen längern Aufenthalt verstatteten; überdiefs aber haben sie gewifs den Vortheil, dafs durch sie die Gröfse der absondernden Oberfläche innerhalb des Schleimbalges vermehrt wird.

Magna autem cum diligentia merito perscrutanda sunt adipis glomerula, quae cum in multis bursis, tum in maioribus praecipue adsunt, et quorum rationem ac finem perquam accurate et ingeniose Monrous perquisiuit. (Vid. sect. VI.) Ea adipis glomerula sic velata sunt membrana bursae propria, quemadmodum abdominis viscera peritonaeo inuoluuntur. Nempe externa membranae superficies tam arcte complectitur ab omni latere tale glomerulum adiposum, vt, obuersa sua superficie externa, ei integumento sit. Atque ea membranae pars, quae huiusmodi glomer adiposum circumdat, praeprimis vasculosa est. Ad totius autem massae ambitum productiones fimbriosae apparent, quas ductus excretorios putant humoris vnguinosi, quem dubium non est pressu modico e fimbriis extorqueri posse. Mihi quidem videntur istae prolongationes, tum structurae, tum functionis ratione, cum nulla corporis parte aptius comparari posse, quam cum appendicibus intestini crassi adiposis. Quae quidem haud dubie id commodi tubo intestinali praestant, vt in magnis expansionibus, quibus saepe obnoxius est, atque in contractionibus et agitationibus validis lubricus semper seruetur. Namque his ipsis intestini motibus, vt ego arbitror, vnguen ex appendicibus adiposis exprimitur pressuque ipsae appendices prolongantur. Haec ideo tantum dico, quod persuasum mihi est similiter etiam bursarum vnguen presso tractoque tendine super adipem, ex adipe extorqueri, porisque oculorum aciem effugientibus e membrana, glomeri adiposo circumiecta, effundi in cauum bursarum. Etiam mihi videntur fimbriae existere pressis glomeribus adiposis, quae fimbriis hisce stipata sunt. Has enim in genuinorum ductuum excretoriorum numero habere prohibemur, cum in finibus ora eorum nondum perspicue obseruata sint.

Et sane quidem peculiaria eiusmodi adipis glomerula neque semper, neque in omnibus bursis vesicularibus reperiuntur; in vaginalibus autem aut nunquam, aut perraro. Quid? quod Kochius obseruat se in cadauere emaciato adipis glomerula non

